Prußkie

Księga
seu
Protocollon
In negotio praetensionis
Ordinis Theutonici ad
Prussiam, Livoniam et alias

N° 7mo

1713

Z Biblioteki sp. J. K. Szaniawskiego.

Protocollon

In Negotio Prætensionis Ordinis Theutonici ad Prussiam, Curlandiam Livoniam & alias.

in quo continentur:

Representatio Aulæ Berolinensis facta Serenmo Regi & Reipcæ Poloniarum.

Repræsentatio facta Ablegato Cæsareo à ministris Status Regni Polæ

Lrǣ Regis Poloniæ ad Regem Prussiæ.

Copia Memorialis porrecti Sæ Cæsæ Mti in hoc Negotio d. 9. maij. 1714 Luxemburgi.

Informatio de Prussia, eius Statu ac Juribus.

Informatio de Ducibus Curlandiæ

Informatio de Livonia

Elenchus variarum Transactionum in Prussia & Livonia.

List JmPa Podsbarbiego W. Ko. wtym interessie.

Proiectum Capitulationis perpetuæ in Comitiis Ratisbonens. in favorem Ords Theutonici item &

Instantiæ Regis Prussiæ pro abolienda eadem Capitulatione

Lrǣ Regis Prussiæ quibus retunditur rumor sparsus, quasi aliquid hostile meditaretur contra Poloniam.

Rescriptum eiusdem Regis contra Catholicos qui in suis Ditionibus manent.

Lrae Elect. Regis Prussiae ad Regem & Remp. Pol. ratione Coronationis suae & homagij Reip. debiti

Responsum ad haec Literas.

Proiect Ord. Theutonici przeciw Dworowi Berlinskiemu

Wespół z Responsem na niego.

Huc pertinet Liber intitulatus: ——..

Erneuerter Bericht

Von Preüssischen Abfall

und Was wegen würcklichen Execution der Preüssischen Achtserclärung hiervor gehandelt ist worden

Mit vorgehender Praefation, und noth-wendigen Erinnerung.

Gedruckt in der Churf. ~~Hauptst~~ Hauptstatt Mäyntz Durch Hermann Meres. Im Jahr 1627.

In quo continentur variae Transactiones cum Cruciferis.



Extractum Rescripti S. Regiae Mtis Prussiae ad Ablegatum Suum Extraordinarium de Löllhoffel ad Aulam S. R. Mtis Poloniae residentem.

Notum Vobis erit, qualiter in Comitiis Imperii Augspurgensibus jam ab aliquo tempore circa formandam perpetuam Electionis Capitulationem desudetur, quam Omnes futuri Imperatores post Electionem Suam, antequam actualem Imperii Administrationem suscipere possint, Corporali Juramento firmare tenebuntur, quaeque etiam pro Lege pragmatica & Constitutione Imperii in perpetuum valitura haberi debet. Huic Capitulationi jam inter alia etiam talem articulum inserere student, cujus vigore quivis Imperatorum obligari debeat Omnes Provincias olim ab Ordine Teuthonico possessas ubicunque sitae, vel quacunque tandem ratione ab ipso Ordine alienatae vel avulsae fuerint, eidem recuperare. Quandoquidem verò sub illis Provinciis etiam Prussia intelligatur, huic articulo hucusque fortiter contradiximus, jamque ne ille in Capitulationibus ultimis Josephi & Caroli Imperatorum stabiliretur, impedivimus. Quo tamen non obstante idem in Comitiis Conatus majori ardore resumitur ut Articulus ille, quem in ultimariis duabus Capitulationibus temporalibus eliminari fecimus, jam praesenti Capitulationi perpetuae absolute inseratur, Ipseque pro aeterna Imperii Lege habituatur. Quod ergo hoc Negotium non minus Regnum Poloniae, quam Nos Ipsos tangat quandoquidem Polonia, non solum alteram Prussiae partem actu possideat, sed etiam ratione partis alterius a Nostro possessae, jus Successionis eventualis Ipsi reservatum sit, prolixiori demonstratione non indiget.

diget. Regia Majestas Sua Poloniæ id etiam hucusq; optime cognovit, eaq; propter non minus, quam Nos Ipsi, memorato Articulo in Comitijs fortiter se opposuit, quod vero Nostra Communia Studia in præsenti effectum desideratum producere nondum volunt, quinimo omnes Nostræ remonstrationes quas tam in Comitijs ipsis, quam etiam peculiariter in Aula Cæsarea desuper facere jussimus hucusq; frustraneæ fuerunt, nullusq; ipsis locus datus, ita, ut multa cum ratione verendum sit, si nos Interessatæ partes subvertendo illi præjudicioso Articulo, non singularia efficacioraq; media arripiemus, ille absq; dubio vim Legis perpetuæ Imperij obtinebit. Non dubitamus equidem Regiam Majestatem Suam Poloniæ ob peculiares rationes Suas, similesq; quas in Saxonia ab Ordine illo Possessiones habet, quam etiam pro tuendis Reipublicæ Polonæ possessionibus & Juribus seria efficaciaq; Studia Sua pro avertendo communi malo ulterius continuaturam, nihilominus cum hæc causa Rempublicam Poloniæ tam prope tangat, Nos etiam ex re judicamus, ut Ipsa etiam de hoc emergenti periculo informetur atq; ideo vobis Gratiose ~~com~~ Mandamus, tum Ipsi Regiæ Majestati Suæ, quam etiam Ministerio Reipublicæ præsentem rei verum Statum accuratius exponere, ne momenta pereant communi illi Præjudicio tempestive adhuc subvertendo, quamvis jam singulari vigore undiq; agendum veniet, ~~ut~~ in justa Nostra causa contra fortes, quæ jam formantur adversariorum partes succumbere intendimus, atq; inter alia necessum erit, ut et Reipublicæ Nomine solennis tam Viennæ, quam in Comitijs Imperij contra perniciosam illam Legem protestatio præcedat. E.E.

Representaō facta Ablegato Caes.ae M.tis
à Ministris Status Reipp.ae Pol.ae Medio
Junij 1718.

Secum ipse statuerat Ser.mus
Rex D.nus N.r Cl.mus ante di-
um Varsavia discessum longius
instituere cum Ill.mo D.no
Ablegato Extraordinario S.
Caesareae M.tis Sermonem de in-
tentionibus ijs, quibus nonulli
novitatem cupidi, quod in Ge-
neralibus Imperij Comitijs ir-
rito jam antea conatu ten-
taverant iterum aggrediun-
tur, ut videlicet novae perpetuae
capitulationi, quam pro futu-
ris Romanorum Imperatorum
Electionibus ipsi Sacri Romani
Imperij Ordines meditantur, ta-
lis etiam inseratur Articulus
quo Imperatores in posterum
eligendi juramenti religione
cogantur, ad recuperandas Pro-
vincias omnes olim à Theuto-
nico Ordine quovis jure pos-
sessas, ubivis locorum sint, vel
quacunque tandem ratione ab
Ordine ipso alienatas & avul-
sas easque eidem Ordini restitu-
endas. Verum cum Regia M.tas
Sua alijs distracta curis &
celerioris itineris necessitate
pressa id exequi non valuerit
interea, quae in ipso limine
discessus sui, Fidei ac Zelo Mini-
strorum Status Reipublicae, qui
ad latus ipsius erant pro publica

Regni Salute commendatum re-
liquit, id praecipue eorum curae
et Sedulitati commisit, ut ea,
qua par est maturitate per-
pendentes rei gravitatem me-
moratum Illrmum Dnum Able-
gatum Suo et totius Reipcae no-
mine alloquerentur, eidemq amica
ac ingenua, qualem inter foe-
deratas ac vicinas Potentias decet,
insinuatione, maximam, quae ea
praetacti Articuli novitate, Regno
huic irrogaretur, injuriam expo-
nerent. Quamobrem ijdem Status
Ministri, ut Sermi Regis Sui
mandatis, ac una simul muneris
quo Patriae ac Reipcae obstricti
sunt debito faciant satis Illrmo
Dno Ablegato, Significandum im-
primis ducunt, se de Summa Sa-
crae Caesareae Mtis aequitate ac
justitia tam alte Sentire, ut ve-
rendum nullatenus videatur, ne
quod novae capitulationi inseri va-
leat, quo evidentissima Serenissi-
morum Poloniae Regum, totiusq
Reipcae in Prussia, Livonia,
Curlandia cum Piltino, Provincias
Jura novis fluctuationibus expo-
nantur, et in dubium, vel minime
vocentur. Undequaq profecto
Provincias has, earumq Statum
Spectare lubeat, multiplex un-
diq sese offert titulus, quo Rei-
publicae Jus super illas firma-
tur. Vel enim respicere
veli:

redum assentientibus, verum & conciliantibus ac promoventibus Augustis Romanorum Imperatoribus, ipsisq etiam Summis Pontificibus, qui sane concors Sacerdotij & Imperij Sensus, ac unanimis supremarum in Terris potestatum concursus novum Tractatibus his pondus addere, maximamq eisdem apud Gentes omnes conciliare debet reverentiam.

Haec, pluraq alia, quae brevitatis Studium in medium proferre vetat, quemadmodum Poloniae jus in Prussiae Curlandiae cum Piltino & Livonia Provincijs tot Stabilitum titulis, ac nominibus, tantaq (quae sola sufficeret) seculorum accessione firmatum luculentissime apparet, & in tuto contra omnia molimina ponunt ponunt sic nequaquam patiuntur, ut Serenis Rex, & Respublica timendum sibi existiment, ne illud contra fas aequumq omne per novam capitulationem sub Romanorum Imperatore omnium aequissimo firmandam convellatur, neve Sacrum Romanum Imperium, quod Sanctas vicinitatis amicitiae, perpetuiq cum Polonia Foederis

leges religiose custodire consue-
vit, easdem nunc violari per-
mittat; Verum cum Regnum
hoc Nostrum insperatis quei
premitur satis edoctum cala-
mitatibus, ea etiam jam didi-
cerit mala vereri, quae recto
rerum cursu spectanda
timenda, minime forent, pu-
blicig boni ratio id a Nobis
exigat, ut remotioribus etiam
periculis occurramus, idcirco
ministerium Polonicum nomi-
ne Sersmi Regis sui, totiusq
Reipublicae Illrmum dominum
Allegatum Caesareum impen-
se requirit, ut Augustissimo
Imperatori haec omnia fideli-
ter velit exponere. Fir-
missima siquidem tenetur
Polona Respublica spe, quod
Sacra Caesarea Majestas
gloriosis Invictissimorum Prae-
decessorum Suorum vestigijs
insistens inverti non sinet,
quod sua illi authoritate pro-
barunt, Sedimo Theutonicum
ordinem a suscepto omnia
turbandi consilio retrahet,
omnesq Sacri Romani Impe-
rij Principes, qua exemplo
qua Authoritate excitabit
ad rejiciendum communi cal-
culo, a Capitulatione Articu-


lum

velimus primevam, ac veluti ori:
ginariam illarum conditionem,
& omnibus debet esse perspectum
Prussiam (: ut abhoc veluti pro:
ximiori incipiamus :) per pri:
mos Poloniæ Duces, ac Principes
pleno Jure possessam, eorum
Filijs ac Successoribus ex Pater=
na dispositione, vel sanguinis jure
obtigisse, ac alternis non semel
vicibus in eorundem Poloniæ
Ducum ac Regum possessionem
rediisse, donec hi adscitis voca:
tisq́ in auxilium contra fini:
timos Christiani, æquè ac Polo:
ni Nominis Hostes Cruciferis,
seu Ordinis Theutonici mili:
tibus Jus aliquod, tam ad Prussi:
am, quam ad alias superius
recensitas Provincias, quæ vel
eodem, vel parum impari titulo
Poloniæ suberant, liberaliter in
eosdem Cruciferos transfuderunt.
Si verò spectare malimus, mu:
tatam cursu temporum non tam
harum Regionum naturam, quam
ipsorummet Cruciferorum seu
Theutonicorum Indolem, qui ex
hospitibus facti sunt Hostes in:
fensissimi, & arma quæ ad
fines Fidei, Regniq́ hujus defensionem
duntaxat sumere debuissent, in
Nos ipsos converterunt, Nullus
est sanè, quem lateat, quòd diu:
turnorum, ac acerrimorum Bel:
lorum vicibus, quantaq́ cum Chri:
stiani sanguinis effusione Polo:
nia pristinum super Prussiam

aliasq; memoratas Ditiones Jus
sibi tandem vindicarit, & eas
Jure Belli novo iterum titulo
subditas sibi fecerit.
Accesserunt Tractatus ac Con-
ventiones, & quidem multiplices
cum Theutonicis, ipsorumq; in
Prussia ac Livonia Magistris
initæ, ac Fœdera cum ijsdem
Pacta, firmatumq; toties solen-
ni jaris-jurandi Sacramento,
ac unanimi liberaq; totius
Ordinis consensione, vel plenū
& absolutum Polonorum Regū
Dominium in ea Memoratarū
Provinciarum parte, quæ Polo-
niæ jam restituta, vel supre-
mum directumq; jus super
Partem illam, quæ Ordini Theu-
tonico, certis tamen regenda
legibus relicta fuit, quamq; Ordo
ipse Poloniæ protectioni subiecit,
ac reddidit vectigalem.
Horum proinde Pactorum re-
ligione, sicut ipsum Armorum
Jus consecratum quodam mo-
do fuit, & in pacis vinculum
transijt, ita et eorundem præ-
sidio Poloniæ Reges, suam super
Provincias has potestatem, longa
dein armorum, ac temporum
serie stabilitam, nullo jam re-
luctante viderunt.
Et ne quid prædictorum Pacto-
rum, ac Fœderum firmitati
desideraretur, ea inita fuere

ne

bum Poloniæ semper fœderatæ,
Semperq amicæ, juribus quam
maxime injurium, & ad aver-
tendam tali Pacto uberem
nimis contentionum ac dissi-
diorum materiem exinde
dubiò procul dimanaturam.



Extractus Literarum Serenissimi Regis Poloniæ ad Regem Borussiæ, idiomate Germanico datarum Lipsiæ d. 12 January 1714.

Ten list expedyowany z Kancellaryi Hil- [illegible].

[illegible]

Ante omnia Majestati Vestræ debitas agimus gratias, pro familiari in causa tam ardua communicatione, neq. V. M. pari fiducia amicitia celare volumus, quod Nos ratione Regni Nostri & Reipublicæ Poloniæ facti fuerimus certiores, plane diversum esse statum Borussiæ Poloniæ & aliorum bonorum in Lithuania & Curlandia sitorum ab Ordine Teutonico olim acquisitorum, quam Ducatus Borussiæ, cujus Supremum dominium Majestatis Vestræ duo gloriosæ memoriæ per Pacta publica concessum est. Siquidem Borussia Occidentalis, quæ Casimiro regnante cum reliquis Nominatis Ordinis Teutonici bonis magnam perpessa fuit mutationem, Regno Poloniæ (: prout ex Historia constat :) ita fuit juncta, ut neq. Cæsar, neq. Imperium, neq. Ordo Teutonicus, ad minimum intra

spatium 260. Annorum
ullum Ius in istam Regi-
onem prætenderint, aut
prætendere poterint; Ex
quo sua sponte manat, nec
Nostra, nec Reipublicæ Polo-
næ ullô modo interesse, neq;
ullam causam in-
ter cedendi in Comitijs Ger-
manicis, sive in Romani
Imperatoris Capitulatione
perpetua Ordinis Teutoni-
ci & obligationis ad promo-
vendam bonorum restitutio-
nem mentio fuit, sive talis
clausula omittatur, cum
nullum prorsus exstet du-
bium, quin in Majestatis
Vestræ Archivo ad manus
sint antiqua diplomata,
præcipue verò pax illa per-
petua inter supradictum
Regem Casimirum & Gene-
ralem Ordinis Teutonici
Magistrum, qui tunc tem-
poris rerum suarum sa-
tagebat, Ludovicum ab Er-
lichshausen, Pontifice Paulo
secundo per Legatum suum
Apostolicum Mediatoris
partes sustinente, Thorunij
Die 19. Octobris 1466. com-
posita, necnon alia ejusmo-
dou-

documenta, ex quibus cogno=
sci queat, quâ ratione Roma=
nus Imperator Justitiam
possessionis Borussiæ agnove=
rit, atq́ erga Antecessores
Nostros Reges Poloniæ plus
vice simplici testatus fue=
rit. Negari equidem non=
potest, quod Albertus Mar=
chio Brandeburgicus, loco
Vasallagij, quod Regno Polo=
niæ propter Orientalem
Partem Borussiæ Ordini Teu=
tonico per istum Tracta=
tum titulô Feudi concessam
præstare ex Pacti tenebatur,
tur, gladium obtulerit, atq́
auxilium Cæsaris, Imperij,
necnon ipsius Pontificis
enixissime efflagitaverit,
neq́ sine eorum Principum
indignatione, quos implora=
verat, arma erga Domi=
num suum strinxerit.
Sed tamen denegatio fidei
fidelitatis adeo non muta=
vit ipsum obligationis ne=
xum, neq́ aliquid adjicere
Imperio Germanico potuit,
quin potius universum
Imperium Romano Germa=
nicum, Imprimis Cæsares


Fridericus III. Maximilianus I. et Carolus V. supremos Magistros istorum temporum seriò commonefecerint, ut Regno Poloniæ fidem jurarent servarentq. Et hæc de Borussia Polonica, quatenus Ducali contradistinguitur; Orientali autem Parti Borussiæ, quæ ad Majestatis Vestræ Dominium pertinet, post multam Christiani Sanguinis effusionem, alia facies successit. Ordine enim Teutonico extincto per Pacta inter Regem Poloniæ & Albertum Marchionem, provinciæ titulus Ducatûs & qualitas feudalis collata fuere, eoq ipso Orbi universo declaratum fuit, Coronam Poloniæ nec quicquam Iuris in hunc feudalem suum Ducatum Romano Germanico Imperio permittere aut relinquere voluisse, prout evidentissimè patet ex Comitialibus Imperij alijsq Actis publicis, præcipuè ex istis assertionibus, quas Rex Sigismundus

Augustus

Augustus in Comitijs Augustæ Vindelicorum Anno 1548. habitis, per Legatum Suum proponi & innuari curavit, quanquam à Cæsare & Imperio ab isto tempore, adeoq intra 166. annos nihil fuerit responsum, adeoq tacitus consensus & præscriptio Secularis et quod excurrit pro titulo justo & certo haberi debeant, & si nullus validior aut antiquior titulus proprietatis Poloniæ præcessisset, deseruit ergo Ordo Teutonicus Jus Suum, pro derelicto etiam Germania habuit quascunq prætensiones Suas; Si jure olim, quod tamen nunquam potuit demonstrari, aliquas in bona Ordinis in Polonia, Livonia, Curlandia & reliquis sibi asserere valuisset. Atq hac ratione Status Ducalis in familia Principum Brandeburgicorum confirmatus, necnon postea

Jure Simultaneæ Investi=
turæ in Majestatis Vræ
Domum Electoralem trans=
latus & quietè possessus
fuit, donec supremum Jus
per valida Pacta publica
coram facie totius Europæ,
ne mussitante quidem Or=
dine cooperante vero Im=
peratore & Imperio obti=
nuerit. His ita comparâ=
tis, Nos Regnumq Nostrû
Polonicum acquiescere fa=
cile possemus, licet Impe=
rium Romanum capitu=
lationem perpetuam vel
sub clausula recuperando=
rum prædiorum Ordinis
concinnaret. Attamen
cum fidele Nostrum Mini=
sterium Regium salutari=
ter cognoverit cunctis mo=
liminibus, & è longinquo
etiam apparenti pericu=
lo invigilandum esse, obi=
cemq vel damno infecto
ponendum industriæ suæ
convenire putavit, Ministro
Cæsareo Varsaviæ commo=
ranti per Supremum Re=
gni Nostri Cancellarium
Statum negotij distinctè

exponere juncto petito ut
in Aula Caesarea eô res
dirigatur, quo articulus
bona Ordinis Teutonici con=
cernens respectu Regni
Poloniae, Curlandiae, et Livo
niae ad evitandam occasio=
nem metûs periculi et mul
torum malorum, quae exinde
tanquam ex turbido fonte
scaturire possint, prorsus
deleatur et expungetur.



Projekt do Memoryału contra Praetensiones Ord. Teutonici

Sacra Caesarea Majestas

Statim ac Serenissimo Poloniae Regi Dño meo Clementissimo, Inclytaq Polonae Reipublicae delatum est Ordinis Teutonici Milites sola Novandarum rerum cupidine actos omnem movere lapidem ut novae perpetuae Capitulationi, quae pro futuris Romanorum Imperatoribus per Sacri Romani Imperij Ordines cuditur, inseratur Articulus, quo Imperatores in posterum eligendi jure jurando sese obstringant ad recuperandas Provincias omnes olim ab eodem Teutonico Ordine quovis jure possessas et quacunq de causa ab eo avulsas, et in alterius potestatem traditas, easq eidem ordini restituendas; Illico Serenissimus Rex meus, Totaq Respublica eo, quâ par erat maturitate procede perpenderunt molimina haec, utut justitiae ac religionis faciem aliquam praeferre videantur, in eum tamen re ipsâ scopum unice collimare, ut turbandae Sacri Romani Imperij, vicinarumq potentiarum concordiae facilis nimium sternatur via, Servataq hacterus inter finitimas, foederatasq Provincias pax et tranquillitas periculosis collisionibus exponatur. Eapropter per Ministros Nostri Regni Status repraesentare non praetermiserunt Dño Ablegato Suae Maiestatis Sacrae Caesareae in Aula Regia residenti summam admirationem, quâ ex insperatae Novitatis hujus tentamine corripiebantur, justamq amaritudinem, quam ex futurorum malorum metu, jam ex nunc animo praecipere debuissent, ni maxima Caesareae Suae Maiestatis Sapientia, ac ille recti justiq amor, quo Jus suum unicuiq tributum Servatumq vult Regnum Nostrum hoc metu solveret, firmiterq nos Sperare juberet fore, ut sub Supremae Caesareae authoritatis praesidio, ipsaq praeeunte communi omnium Sacri Romani Imperij Principum voto ab edenda Capitulatione rejiciatur, seu expungatur memoratus Articulus, quo Poloniae jura super Prussiae, Livoniae, ac Curlandiae Provincias per Teutonicum Ordinem certis olim legibus ipsâ Polonâ Republicâ vel concedente vel permittente possessas impeti nunc quoquo modo possent, atq turbari. Et si vero dubitandum minime sit, quin idem Dñus Ablegatus omnia

#

omnia hæc candide, fideliterq Cæsareæ Majestati Vræ retulerint, nihilominus Serenissimus Rex ac Respca in mandatis mihi dederint, ut repetitâ significaone eadem Mti Vræ iterato atq fidentius exponam.

Parcendum profecto est gravissimis curis, quibus altissima Mtis Vræ Creâ mens in totius Christiani Orbis rem ac commodum detinetur: illæ siquidem nequaquam patiuntur, ut longâ, effusaq nimis narratione ipsam defatigem, ea nunc in medium proferendo, quibus primævum ac veluti radicale Poloniæ super [Marienburg] Provincias jus, ac dominium firmari posset, ac stabiliri, et ex quibus dilucide posset ostendi quidquid juris Teutonicus Ordo ad illas unquam habuit, id totum in ipsum ex Polonorum Regum concessione deribatum fuisse, atq transfusum, cum Crucigeri seu Teutonici Milites ad repellendos hostes Christiani nominis, eosq debellandos in auxilium vocati fuere. Eadem vitandi prolixionis Sermonis ratio me cogit, ut leni pede prætereAm, quæ dein temporum et Sæculorum Successione evenere, quando ipsimet Crucigeri debiti quô Poloniæ obstricti erant, parum memores arma sua in illam tali impetu converterunt, ut Reges Nostri repetitis eorum defectionibus lacessiti, vi armorum, ac jure belli illos subdere, & antiquum jus iterum multô Sanguine sibi Regnoq Poloniæ asserere coacti fuerint. Et eô quidem libentius ab his referendis manum removeo, quô gravius mihi foret et perquam molestum obducti jam vulneris infandum renovare dolorem, ac præteritorum malorum enumeratione evincere, Filios Matris Nostræ pugnasse contra nos, ac eos, qui edebant Panes nostros magnificasse super nos supplantationes. Igitur in præsentiarum innuisse sufficiat post cruenta, diuturnaq bella, post clades immanissimas, post lachrymabilem Christiani Sanguinis effusionem eô rem deductam fuisse, ut Saniori consiliô Cruciigeri ad antiquas Subjectionis leges redierint, agnitumq solemni plurium pactorum confessione Poloniæ jus iterato non semel juramenti Sacramentô firmaverint. Dum autem multiplicem horum Tractatuum atq pactorum, quæ Ordo Teutonicus Nobiscum pepigit seriem commemoravi, liceat mihi unum saltem ex Tractatibq ipsis seligere.

gere Sublimi Mtis Vrae Creae judicio subjiciendum, quem videlicet Thorunii Annô à reparata salute 1466 Universus ipse Ordo Sub Frati suo Magistro Ludovico de Herlikausen cum Srmo Casimiro Poloniae Rege, totoq Regno iniit. Hujus siquidem Tractatûs pactionibus et Universa Prussia, quae nunc Regalis vocatur Poloniae restituitur perpetuo et irrevocabiliter possidenda, et Ordo Teutonicus cum omnibus suis Vasallis subditis, terris, ex nunc possessis et in posterum possidendis, conquisitis, et conquirendis ubicunq locorum etiam in terris Paganorum ac extra Prussiam Regibus, Regnoq Poloniae ità Subditur, et q: ut ipsius Tractatûs Verba recenseam: / connectitur, jungitur, atq inviscerat, ut cum Regno eodem unum et individuum corpus, una gens, ac unus Populus deinceps censeri debeat, nullumq alium post Summum Pontificem, quam praefatum Dnum Casimirum Regem et Successores suos Reges Poloniae pro capite et Superiore suo agnoscendos fateatur. Per ejusdem autem foederis pacta ipse Magister Supremus Teutonicorum Magister in Regni Poloniae Principem et Consiliarium perpetuum constituitur, Ordo vero Universus in Regni ipsius protectionem, Subjectionem, ac defensionem perpetuo duraturam asseritur. Thoruniensis hujus pacis Sancita ideò paulò latius exponenda, ac ipsamet Tractatûs verba referenda Mti Vrae Creae censui, non solum, quia unanimi totius Ordinis sensu ea Stabilita sunt, ac praestito per Fratem Magistrum debitae Regibus, Regnoq Poloniae fidelitatis juramento, plenariae executioni # demandata, verum etiam quia Pontificiae Authoritatis, quam etiam Sacer Ordo nunc veneretur, ac colit, accessione firmata fuere, cum Paulus IIdus, qui Petri Cathedram tunc temporis tenebat, pacis hujus negotium per legatum suum Episcopum Lavantinum Paternâ Sollicitudine promovebit, illiq suae confirmationis robur adjecerit; Nec defuit ad eam firmius constabiliendam Imperialis etiam approbationis momentum & pondus, adeo ut redeuntibus quandoq Teutonicis militibus ~~juxta antiquam parum constantis ingenii indolem~~ ad pristinas, quas ejuraverant, novandarum rerum meditationes Augustissimi Caesares Fridericus 3tius, Maximilianus Imus et Carolus Vtus eosdem in officio continuerint, serioq monuerint, ut initae pacis leges religiose servarent, ac debitum Regibus Poloniae obsequium nullatenus detrectarent. His porrò

NB.

~~[illegible]~~

~~loco assignati à Supremis in Senatu~~

designati ei primo ~~loco~~ in Senatu à Supremis loco.

praestatum


demandata; ac postea per ejus Successorem Henricum Richtenberg ~~[illegible]~~ 1470 die 20 Novemb: Petricoviae novo juramento cum ratificatione eorundem Pactorum Thoruniensium roborata; verum etiam.

monitis Salutaribus Teutonicus Ordo à turbandis revocatus
consilijs, factisq sapienter destitit tandem. Poloniæ juratam
bare, ipsamq pactorum immunitatem, quæ nobiscum ferierant, atq religionis
observantius coluit.

~~Vide Documentum confirmationis [illegible] et munimentum Henrici Richtenberg Supremi Magistri Ordinis [illegible] Anno D: 1470, 20 9bris Petricoviæ coram Joanne Archiepiscopo Gnesn. in conspectu Casimiri Regis~~

Quæ verò temporis cursu mutata, unà cum religione rerum
facie in Ducalis Prussiæ ~~ac in~~ Livoniæ ac Curlandiæ Dominijs
evenere, nimis perspecta sunt, quam ut necessarium existimem
ea hic recensere. Neminem equidem latere potest, quibus decur-
sis amisso per Teutonicum Ordinem omni, quod habebat super
Provincias easdem jure, eisq potentiâ vel occupantium, vel in-
vadentium in prædam relictis Poloniæ Reges et ex debito sum-
mi Dominij sui eâ, quâ tot inter tumultus poterant viâ, illarum
Saluti consulerent, coacti fuerint, novam in illis regiminis form-
am Authoritate sua inducere, quam per aliorum interventum introductam
probare, ac post multas rerum vicissitudines solennioribus tractat[ibus]
atq pactorum robore ac fide firmare, quæ cum publicè inita
sint toto Christiano orbe teste, ne mussitante quidem Ordine
Teutonico, ipsis verò Romanis Imperatoribus cum Universo sacri
Imperii, re cum videntibus sed et conciliantibus, nimium sanè
esse debet, si quæ præfatarum Provinciarum statum ac conditio-
nem ita mutare valuerint, ut solutis vinculis ijs, quibus antè
Teutonico Ordini eædem mancipabantur, in aliorum potestatem
legitimè translatæ fuerint accedente potissimum subsequenti, ac
diuturna firmissima possessione, quæ mutationem hanc quodam
modo consecravit. Hæc delibasse sit satis ut Cæsarea Maiestas Vestra
perspicacissima augustæ mentis acie statim conijciat, quo nam
spiritu agatur nunc Teutonicus Ordo, si prout rumor fert, è [illegible]
vetustæ antiquitatis rudentibus aliquam ad se prædictas Pro-
vincias jus jam amissum, et planè obliteratum serò nimis post-
liminio repetere tentat. Perspicuum etenim est machinationes
has in eum dirigi finem, ut eversa tot foederum atq pacto[rum]
S. Sacras leges percalcatam tot juramentorum religionem, per
spreta tot Prædecessorum Cæsarum monita, omnia susq deq
confundantur. Finitimarum et foederatarum Provinciarum
quin et ipsius sacri Imperij tranquillitas gravioribus exponatur
jactationibus, ac demum pax illa, quam Cæsarea Maiestas Vestra Christia-
no orbi tot laboribus, tot thesauris, tantoq sanguine auspica-
tissime comparavit, et cujus dulcedine Europa jam fruitur tota p[?]
funditus, per nova hæc bellorum semina certò certius turbetur
ignisq accendatur difficillimè dein extinguendus. Quam ob-
rem Serenissimus Rex meus et Respublica Polona enixè rogant Cæsaream Maiestatem Vestram
ut periculosis hisce Teutonici Ordinis ~~ausibus~~ [conatibus] Imperialis au-
thoritatis clypeum opportunè dignetur obtendere, nec patiatur
ut inter eosdem capitulationis articulos tale quid irrepat,
quod vadere possit in lapidem offensionis ac petram scandali.
Siquidem injuriarum Ordo ipse sibi rebusq suis illatam putat,
quodq vindicet, habet in Regibus Nostris, penes quos residet
supremi Dominij potestas, Judices, quos sibimet ipse constituit
legitimè adeat, nec alienæ quærat assistentiæ præsidia.
Pergrandi nobis interea solatio esse debet, quod Teutonici
milites, dum talia moliuntur, in optimum æquè ac maxim[um]

incideriNt Caesarem, qui dum Gloriosissimorum
Antecessorum, quorum Augusto Sanguine pro-
gnatus est, aemulatur virtutes, vestigia con-
etiam sequi sibi laudi ducet, nec minori, ac
illi benevolentiae erga Poloniam documento
Teutonici Ordinis ~~audaciam~~ tentamina reprimet. Hoc
à Summa Mttis Vrae iustitia Regnum sibi
nostrum confidentissime pollicetur, hoc expos-
et si dicere fas est, meretur ardens illud stu-
dium, quo semper Vicinitatis, amicitiae, per-
petuiq cum domo Augustissima, totoq Imperio
foederis leges, ac iura Polonia diligentissi-
mè custodiuit. Ego vero dum demissa hac
significatione Serenissimi Regis mei et Rei-
publicae Polonae mandata impleo, Sacram
Caesaream, Regiamq Mttem Vram profun-
dissimo veneror cultu.



14

14

Copia Memoryału podaneg

Sacra Caesarea Regiaq[ue] Majestas Catholica.

Statim ac Serenissimo Regi Domino meo Clementissimo, Totique Reipublicae Poloniarum delatum est, Ordinis Teutonici Milites animō ~~ali~~ Novandarum rerum ~~cupidine~~ ~~[illegible]~~ omnem movere lapidem, ut Novae perpetuae Capitulationi, quae pro futuris Romanorum Imperatoribus per Sacri Romani Imperij Ordines cuditur, inseratur Articulus, quō Imperatores in posterùm eligendi jurejurando sese obstringant ad recuperandas Provincias omnes, olim ab Eodem Teutonico Ordine quovis Jure possessas, & quacunq[ue] de causâ ab Eo avulsas, & in alterius potestatem traditas, easq[ue] Eidem Ordini restituendas; Illicò Serenissimus Rex meus, Totaque Respublica, eō, qua par erat, maturitate providè perpenderunt, molimina haec in eum scopum unicè collimare, ut turbandae

Sacri Romani Imperij, Vicinarumq; Potentiarum Concordiæ
sternatur via, servataq; hactenus inter finitimas fœderatasq;
Provincias Pax & tranquillitas periculosis collisionibus expo
natur. Eapropter per Ministros Nostri Regni Status re
præsentare non prætermiserunt Domino Ablegato Majesta-
tis Vestræ Cæsareæ in Aula Regia Residenti summam admira-
tionem, qua ex insperatæ Novitatis huius tentamine corripie=
bantur, justamq; amaritudinem, quam ex futurorum malorum
repræsentatione, jam exnunc animo præconcipere debuissent,
ni maxima Sacræ Cæsareæ Majestatis Vestræ Sapientia, ac ille recti,
justiq; amor, quo jus suum unicuiq; tributum servatumq; vult,
Regnum Nostrum hac apprehensione solveret, firmiterq; Nos spe-
rare juberet, fore, ut sub Supremæ Cæsareæ Authoritatis præ-
sidio, ipsaq; præeunte, communi Omnium Sacri Romani Imperij
Principum voto, ab edenda Capitulatione rejiciatur memoratus
Articulus, quo Poloniæ jura super Prussiæ, Livoniæ, & Curlan-
diæ Provincias, per Teutonicum Ordinem certis olim Legibus, i-
psa Polona Republica vel concedente vel permittente, possessas,
impeti nunc quoquo modo possent, atq; turbari. Etsi vero
minime dubitandum sit, quin idem Dominus Ablegatus
omnia hæc candide, fideliterq; Sacræ Cæsareæ Majestati Vestræ

retulerit

retulerit, nihilominùs Serenissimus Rex ac Respublica in mandatis mihi dederunt, ut repetitâ Significatione eadem Majestati Vestræ iteratò atq; fidentiùs exponam. — Parcendum profectò est gravissimis curis, quibus Altissima Majestatis Vestræ Cæsarea Mens in totius Christiani Orbis rem, ac commodum detinetur: illæ siquidem nequaquam patiuntur, ut longâ effusâq; nimis narratione Ipsam defatigem, ea nunc in medium proferendo, quibus primævum ac veluti radicale Poloniæ super prænominatas Provincias Jus, ac dominium firmari posset, ac stabiliri, & ex quibus dilucidè posset ostendi, quidquid Juris Teutonicus Ordo ad illas unquam habuit, id totum in ipsum ex Polonorum Regum Concessione tunc derivatum fuisse, atq; transfusum, cùm Crucigeri seu Teutonici Milites ad repellendos hostes Christiani Nominis, ~~atq; debellandos~~ in Auxilium vocati fuêre. Eadem vitandi prolixioris sermonis ratio me cogit, ut levi pede prætéream, quæ dein temporum & sæculorum successione evenêre, quando ipsimet Crucigeri debiti, quo Poloniæ obstricti erant, parum memores, arma sua in illam tali impetu converterunt, ut Reges Nostri repetitis eorum defectionibus lacessiti, vi Armorum, ac jure belli illos subdere, & antiquum Jus iterum multò Sanguine sibi, Regnoq; Poloniæ

asserere coacti fuerint. Et eò quidem libentiùs ab his referen-
dis manum removeo, quo gravius mihi foret & perquàm mo-
lestum obducti jam vulneris infandum renovarè dolorem, ac
præteritorum malorum enumeratione evincere, Filios Matris
Nostræ pugnâsse contra Nos, ac eos, qui edebant panes Nostros
magnificasse super Nos supplantationes. Id igitur in præsentia-
rum innuisse sufficiat, post cruenta diuturnaq́ bella, post Clades
immanissimas, post lachrymabilem Christiani Sanguinis effu-
sionem, eò rem deductam fuisse, ut saniori Consilio Cruciferi ad
antiquas Subjectionis leges redierint, agnitumq́ solenni plurium
Pactorum Confessione Poloniæ Jus iteratò non semel Juramenti
Sacramento firmaverint. Dum autem multiplicem horum
Tractatuum atq́ Pactorum, quæ Ordo Teutonicus Nobiscum pepigit
seriem commemoravi, liceat mihi unum saltem ex Tractatibus ipsis
seligere, Sublimi Majestatis Vestræ Cæsareæ Judicio subjiciendum,
quem videlicet Thorunij Anno à reparata Salute 1466. Universus
ipse Ordo sub Generali suo Magistro Ludovico de Herlikhausen
cum Serenmo Casimiro Poloniæ Rege, totoq́ Regno inivit.
Hujus siquidem Tractatûs Pactionibus & Universa Prussia, quæ
nunc Regalis vocatur, Poloniæ restituitur perpetuò & irrevocabiliter
possidenda, & Ordo Teutonicus cum omnibus suis Vasallis, Subditis,

Terris

Terris, ex nunc possessis, & in posterum possidendis, conquisitis & conquirendis, ubicunq́ locorum etiam in terris Paganorum ac extra Prussiam, Regibus Regnoq́ Poloniæ ita subditur, & (: ut ipsius Tractatûs verba recenseam:) connectitur, jungitur, atq́ inviceratur, ut cum Regno eodem unum & individuum Corpus, una Gens ac unus Populus deinceps censeri debeat, nullumq́ alium post Summum Pontificem, quàm præfatum Dominum Casimirum Regem, & Successores suos Reges Poloniæ pro Capite & Superiore suo agnoscendos fateatur. Per ejusdem autem fœderis Pacta ipse vicissim Supremus Teutonicorum Magister in Regni Nostri Principem & Consiliarium perpetuum constituitur, Ordo verò Universus in Regni ipsius protectionem, subjectionem, ac defensionem perpetuo duraturam asseritur. Thoruniensis huius Pacis Sancita ideò paulò latiùs exponenda, ac ipsamet Tractatûs verba referenda Majestati Vestræ Cæsareæ censui, non solùm quia unanimi totius Ordinis sensu ea stabilita sunt, ac præstitô per præfatum Generalem Magistrum debita Regibus, Regnoque Poloniæ fidelitatis juramentô plenariæ Executioni demandata, ac postea per Ejus Successorem Henricum Richtemberg Anno 1470. die 20. Novembris Petricoviæ novô juramentô cum ratificatione eorundem Pactorum Thoruniensium roborata; verùm etiam

quia Pontificiæ Authoritatis, quam pariter Sacer Ordo nunc reveretur ac colit, accessione firmata fuère, cùm Paulus Secundus qui Petri Cathedram tunc temporis tenebat, Pacis hujus Negotium per Legatum suum Episcopum Laventinum, paternâ sollicitudine promoverit, illiq; suæ Confirmationis robur adjecit. Nec defuit ad eam firmiq; constabiliendam Imperialis etiam Approbationis momentum & pondus, adeò ut redeuntibus quandoq; Teutonicis Militibus ad pristinas, quas ejuravérant, novandarum rerum Meditationes, Augustissimi Cæsares Fridericus Tertius, Maximilianus Primus, & Carolus Quintus Eosdem in Officio continuerint, serioq; monuerint, ut initæ Pacis leges religiosiùs servarent, ac debitum Regibus Poloniæ obsequium nullatenùs detrectarent. His porro Monitis Salutaribus Teutonicus Ordo à turbandis revocatus Consilijs, ~~factusque sapientior~~, destitit tandem Poloniæ Jura turbare, ipsamque Pactorum immunitatem, quæ Nobiscum fecerat, atq; Religionem observantiùs coluit.
Quæ verò temporis cursu mutatâ, unà cum Religione, rerum facie, in Ducalis Prussiæ, Livoniæ, ac Curlandiæ Provincijs evenêre, nimis perspecta sunt, quàm ut necessarium existimem ea hîc recensere. Neminem equidem latere potest, quibus de

causis

causis amisso per Teutonicum Ordinem omni, quod habebat super Provincias easdem, jure, ejsq potentiæ vel occupantium, vel invadentium in prædam relictis, Poloniæ Reges, ut ex debito Supremi Dominij sui eâ, quâ tot inter tumultus poterant viâ, illarum saluti consulerent, coacti fuerint Novam in illis Regiminis formam, quà Authoritate suâ inducere, quà per aliorum vim introducta probare, ac post multas rerum vicissitudines Solennium Tractatuum atq Pactorum robore, ac fide firmare; quæ cum publicè inita sint, totô Christiano Orbe teste, nè mussitante quidem Ordine Teutonico, ipsis verò Romanis Imperatoribus cum Universo Sacro Imperio, nè dum videntibus, sed & conciliantibus, mirum sane esse non debet, si quæ prætactarum Provinciarum Statum ac conditionem ita mutare valuerint, ut solutis vinculis ijs, quibus antea Teutonico Ordini eædem mancipabantur, in aliorum potestatem ~~legitimè~~ translatæ fuerint, accedente potissimum subsequenti, eaq diuturnâ, firmissimâ possessione, quæ mutationem hanc quodammodò consecravit.

Hæc delibasse sit satis, ut Sacra Cæsarea Regiaq Majestas Vestra perspicacissimâ Augustæ Mentis acie statim conjiciat, quônam ~~spiritu agatur nunc Teutonicus Ordo~~ nova ~~hac~~ nunc Ord. Teutonici ~~nunc~~ vergant Consilia, si, prout rumor

Fert, è pervetustæ antiquitatis rideribus aliquod ad sæpè di-
ctas Provincias jus jam dudum amissum, ~~& planè obliteratum~~, serò ni-
mis postliminiò repetère tentat. Possent etenim hæc Ord. Teutonici ~~Perspicuum etenim est~~
~~nova~~ consilia ~~atq;~~ molitiones dum sortiri effectum ~~Machinationes has in eum dirigi finem~~, ut per eversas tot fœ-
derum, atq; Pactorum Sanctissimas Leges, per calcatam tot Jura-
mentorum Religionem, per spreta tot Prædecessorum Cæsarum
monita, omnia susquè dequè confunderentur ~~confundantur~~; Finitimarum
& fœderatarum Provinciarum, quin & ipsius Sacri Imperij
tranquillitas gravioribus exponeretur ~~exponatur~~ jactationibus; ac demum
Pax illa, quam Cæsarea Majestas Vestra Christiano Orbi
tot laboribus, tot Thesauris, tantoq; Sanguine auspicatissimè
comparavit, & cujus dulcedine Europa jam fere tota ~~tota~~ perfunditur,
per nova hæc bellorum semina certò certius turbaretur, ignisq;

immissus accenderetur difficillimè dein extinguendus.

Quamobrem Serenissimus Rex Meus & Respublica Polona
enixè atq; unicè à Majestate Vestra Cæsarea contendunt, ut periculo-
sis hisce Teutonici Ordinis conatibus Imperialis Authoritatis
Clypeum opportunè dignetur obtendere, nec patiatur, ut inter
condendæ Capitulationis Articulos tale quid irrepat, quod eva-
dere possit in lapidem offensionis, ac Petram scandali.

Prægrandi interea solatio Nobis esse debet, quod Teutonici Milites,


dum


dum talia moliuntur, in optimum æquè ac Maximum inci-
derint Cæsarem, qui dum Gloriosissimorum Antecessorum,
quorum Augusto Sangvine prognatus est, æmulatur virtutes,
vestigia eorum etiam sequi sibi laudi ducet, nec minori, ac
illi; benevolentiæ erga Poloniam documentô, Teutonici
Ordinis tentamina reprimet.
Hoc à Summâ Majestatis Vestræ justitiâ Regnum sibi
Nostrum confidentissimè pollicetur, hoc exposcit, & si dicere
fas est, meretur ardens illud studium, quô semper Vicinitatis,
amicitiæ, perpetuiq' cum Domo Augustissima, Totoq' Impe-
riô fœderis, Leges ac Jura Polonia diligentissimè custodivit.
Ego verò dum demissâ hâc significatione Serenissimi Regis
Mei & Reipublicæ Polonæ mandata impleo, Sacram Cæ-
~~saream~~ ~~Regiamq'~~ Majestatem Vestram profundissimô
veneror cultu.

Sacræ Cæsareæ Regiæq' Majestatis Vestræ
Catholicæ

Laxemburgi die 9. Maij
1714.

humillimus et Obsequentissimus
Servus
Christoph: Anton: de Slupow Szembek
Episcopus Livoniæ et Piltinensis
Serenissimi Regis ac Reip: Poloniæ Plenipo-
tentiarius





Ad
Sacram Cæsaream Regiamq;
Majestatem Catholicam

Cum [illegible]
[illegible]

Prussia a Prusso Fratre Lechi.

Lesco tertius Dux et Monarcha Po-
loniæ post Interregnum Palatinorum
ante Piasti tempora viginti et uni fili-
is suis terras maritimas nempe Ru-
giam, Cassubiam, Pomeraniam, Holsatiam,
Sgorzelitiam, nunc Brandeburgum, Me-
dziborzen, quæ nunc est Meidenburgum,
Limam, nunc Linburgum, Lubecum,
Mekelburgum etc. et Prussiam est par-
titus quod quidem et alij omnes Reges
Polonorum et sæpe et libere fecerunt
usque ad tempus quo Marianis militi-
bus ex Hispanijs pulsis Ius utendæ
illius Provinciæ dederunt, ut fideliter
contra infideles eis suppetias ferrent.
Tandem ob non servatam debitam fidem
Regibus Poloniæ Ordinis Cruciferorum
imo post illata ab eodem Ordine Secu-
lis continuis tot cruenta bella, Reges
Poloniæ Ius suum antiquum ac Heredi-
tarium in Prussia ferro vindicarunt
et recuperarunt, prævijs tamen Solen-
nibus tractatibus cum Magistris Or-
dinis authoritate tum Summi Pontifi-
cis id mediante, tum Imperatorum
refragos Magistros eiusdem Ordinis
ad manutenendam et servandam fide
Regibus Poloniæ hortante: id autem
probant Tractatus. Imo.
Privilegium pacis et concordiæ per Vla-
dislaum Jagiellonis tum Poloniæ et po-
stea Hungariæ Regem, in Brzescie Cu-
iaviæ factæ cum Paulo de Rusdorff
Magistro Prussiæ, Anno Dni 1436 per
Magno Duce Lithvaniæ Sigismundo eius
Filio Michaele, item Ducibus Stolpen
et Masoviæ et multis etc. etc. Quo Pri-
vilegio Reges Poloniæ limites vistulam
Drwenca et notos fluvios inter Terras
Regni Sui et Ordinis in Prussia evice-
runt. Item Nieszawa et alia multa Op-
pida etc. etc. Quam pacem perpetuo te-
nere Magister Ordinis circa Iuramen-
tum Corporale servare his formalibus

sese et suos Successores obligavit:
Nos Frater Paulus de Rusdorff Ordinis
B. M. Domus Teutonicorum Hierosolim
tarum Magister Gnalis Significamus te
nore psen quibq expedit universis.
Quia nunqm nos nec Succores nri Sem
Ppu et Dno Dno Vladislao Regi au
Regno suo Poloniæ guerras movebimus
aut bella, sed pacem perpetuam et con
cordiam interpdictum Regem Regnu
et adhærentes suos a Prime, nos Or
nem et adhærentes nostros ab altera Pa
tibus. Anno Dni 1436. In Vigilia Ci
rcumcisionis Dni in Civitate Brzesk
conceptam et firmatam custodiemus, e
curabimus inconcusse in omnibq suis
articulis atq punctis, promittentes q
si nos vel Succores nri stante limoi
pace perpetua subscro D. Regi, aut R
gno Poloniæ vellemus aut conaremu
limoi guerras aut bella movere no
debent nobis subditi nri consenti
nec in hoc obedire aut parere, quinim
erunt ab oibq nostris homagiis Juram
tis et subiectionibq liberi et soluti
nec in hoc casu nos et Succores Nost
ad observationem pacis perpetuæ re
vertemur, quos in limoi casu abso
vimus ab omnibus homagiis promi
onibus et Juramentis nobis factis
ut psertim ipso facto per psentes. In
cuius rei testimonium et fidem firmi
rem Sigilli nri appensio psen fecimu
communiri, Datt in Castro Nro Mar
burgi Dnicam Lætare Ao Dni 1436
Cum autem id Privilegium pacis min
me ab Ordine Teutonico observare
recrudurit iterum bellum, et felicibu
ac Iustis armis Casimiri Jagellonidis
Regis Poloniæ denuo ad Tractatum
pacis perpetuæ Ordinem Teutonicum
adactus, quem Magister ejusdem Ord
nis Ludovicus de Herlichausen cum
pdicto Rege Casimiro fecit mediant
authoritate Summi Pontificis Pauli

Hoc autem Tractatu totam Prussiam quæ nunc Regalis vocatur Regi et Regno Poloniæ Ordo Teuthonicus in perpetuum reddidit et omni Iuri suo renuntiavit, uti abunde et Specifice in contextu p[re]dicti tractatus exstat. Cujus renuntiationis in Tractatu tenor est talis: Nos quoq; Magister Ludovicus Commendatores et Conventus p[re]dicti pro nobis et nostris Successoribg Castris, Civitatibg Oppidis, Insulis, Lacubus piscaturis, &c. Cameratibus, et Officijs p[re]dictis et illorum Districtibg et villis perpetua et irrevocabili renuntiatione de certa et expressa Scientia, Iuri quoq; sorti, proprietati, titulo, et Dominio quocunq;, et ex qualicunq; Causa nobis Magistro et Ordini ac Commendatoribg nostris, in Castris nostris, Civitatibus, oppidis, insulis, lacubus, piscaturis, et villis p[re]dictis competijt, et competere potuit in p[re]fatum Serenissimum D. Casimirum Regem Successores suos et Regnum Poloniæ transferimus et applicamus, Milites quoq; Nobiles Vasallos Terrigenas, Cives, et quoslibet Subditos Ecclesiasticos Sæculares p[re]fatorum Districtuum, Terrarum, Civitatum et locorum ab omni fidelitate Juramento, homagio, Subjectione, et qualibet Sponsione p[re]sentis tenore absolvimus dimittimus et relaxamus. Eodem Tractatu Magister se Successores suos et Ordinem suum in Prussia perpetuo Regibus Poloniæ subjecit, et Regno incorporavit, quod sequens articulus probat: De tenore tali: Serenissimus Casimirus Rex nos Fratrem Ludovicum Magistrum, Commendatores et Ordinem p[re]fatos in Prussia omnesq; nostros Successores in suum et Regni Poloniæ Principem, Consiliarium perpetuum, Commendatores vero Principaliores quos nos Magister et Successores Nostri pro tempore duxerimus deputandos

in Consiliarios suos et Regni Poloniæ
et in suam et Regni Poloniæ protectio-
nem subiectionem et defensionem per-
petuo duraturam assumpsit. Pollicens
nobis in verbo suo Regio et sub fide
præstiti Iuramenti pro se et suis Succes-
soribus suis Regibus et Regno Poloniæ
quod nos præfatum Magistrum, Commen-
datores, et Ordinem, Prælatos, Milites
Vasallos et Subditos nostros in Prussia
nostrosq Successores affectione Regia
tractabit, honorabit et diliget. Nosq Ma-
gistrum, Commendatores et Ordinem Suc-
cessoresq Prælatus, Nobiles, Cives, Subdi-
tos et terras nostras, velut Principis
Consiliarij et unitorum suorum in
nostris iuribus et libertatibus, privi-
legiis, munimentis et limitibus, quæ
præsenti unioni et foederi aut eis articu-
lis et conditionibus non contrariantur
conservabit: ab universis quoq hosti-
bus nostris, vexatoribus, et impugna-
toribus in terris quas possidemus
Prussiæ tuebitur et defendet. Tenebi-
quoque nos Ludovicus Magister præfa-
et quilibet Successor noster in Offici-
um Magisterij Assumptus et assu-
mendus, post sex menses, a die assum-
ptionis in Magisterium, præfato Sereni-
Casimiro Regi et suis Successoribus
Regibus Poloniæ, personaliter repræ-
sentari, et illic pro nobis Commenda-
ribus, et Terris quas habemus in Prus-
sia sibi et Successoribus suis Regibus
et Regno Poloniæ, præstare debitæ fi-
litatis et de observanda præsenti p-
ce et nunquam petenda absolutione
seu relaxatione iuramenti, nec con-
sa uti aut concedenda. Iuramentu-
ac in præfati Domini Casimiri Reg-
suorumq Successorum Regum Poloniæ
sinistra parte primarium habere
locum et sessionem. Cui quidem D-
Casimiro Regi Successoribus suis Regi-

Contra … Sessiones
… …

Regno Poloniæ nos nostrosq Succores Commendatores, Prælatos, milites, Vasallos et Subditos, terrasq omnes nostras a nobis nunc possessas et in posterum possidendas. conquisitas et conquirendas. etiam in Terris Paganorum extra terras Prussiæ dicto Dño Casimiro Regi et Regno Poloniæ perpetuo connectimus, iungimus, unimus, et invisceramus, ea conditione et respectu ut nos pfati Ludovicus Magister nostri Succores, Commendatores, et Conventus, Prælati, Barones, milites, Terrigenæ, et personæ singulæ tam Ecclesiasticæ quam sæculares et omnes terræ nostræ atq homines in illis degentes in Prussia simus amplius et de cætero cum pfato Seren Dño Casimiro Rege Succoribusq suis Regibus et Regno Poloniæ, unum et individuum corpus, una gens, unus populus in amicitia, fœdere et unione, nullum alium post Summum Pontificem quam pfatum Dnum Casimirum Regem et Succores suos Reges Poloniæ pro nostro capite et superiore recognitum: ita ut teneamur et simus obligati nos Succoresq nostri præfatum Casimirum Regem et Succores suos Reges et Regnum Poloniæ, sive in prosperis, sive in adversis nunquam deserere: sed sibi et Succoribus suis Regibus et Regno Poloniæ contra omnes hostes, et adversarios suos regni sui Poloniæ, more aliorum Principum, Prælatorum Baronum Regni Poloniæ assistere, eosq in guerris, et in adversitatibus hostilis potentiis adiuvare consiliis, auxiliis et suffragiis opportunis, Nec sine suo et Succorum suorum Regnum Poloniæ ipsi quoque sine nostro et Consiliariorum

Commendatorum Prælatorum et M[...]
tum nostrorum Prussiæ speciali et ex[...]
presso consilio, voluntate, et consen[...]
cum quibuscunque personis, quacunqu[...]
præfulgeant dignitate celebrabimu[...]
statuemus, affirmabimus: aliqua f[...]
dera, inscriptiones, vel contractus, p[...]
blice vel occulte, per se vel submissa[...]
personas: sed nec nos Magister Comm[...]
datores, nostrique Successores bella aliqu[...]
contra Catholicos, sive praefati Dni Casi[...]
ri Regis et Successorum suorum Regni [...]
loniæ speciali movebimus consensu.
Tum et Iuramentum corporale qu[...]
ipse præstitit et Sacramento ejusde[...]
Iurisiurandi suos obligavit Succon[...]
cuius Iuramenti tenor talis
Ego Ludovicus Magister generalis [...]
dinis, Sanctæ Mariæ Teuthonicor[...]
Princeps et Consiliarius regni Polon[...]
Iuro quod ab hac hora et deinceps f[...]
lis ero Serenissimo Principi Dno Casi[...]
ro Regi et Successoribus suis Regibus [...]
Regno Poloniæ, et profectum illoru[...]
fideliter procurabo, et negotiis Regi[...]
et Regni fideliter consulam: et Secre[...]
ta quæ mihi qualitercunque commun[...]
cata fuerint in eorum detrimentu[...]
nulli pandam: pacem insuper præse[...]
tem in omnibus suis conditionibu[...]
et articulis observabo et custodiam[...]
si me Deus adjuvet, et hæc Sanct[...]
Christi Crux.
Ad tenendum autem illud iuramentu[...]
tantos nexus sibi et Successoribus su[...]
is idem Magister Ordinis imposuit[...]
quod ullatenus dissolvi non possint[...]
nec robur eorum ulli unquam dispo[...]
sitioni patere queat, quod probatur[...]
tenore sequenti ex tractatu artic[...]
Item ut huiusmodi pacem perpetuam, uni[...]

disputationi

Contra Professores
[...]

nem et concordiam sub certiori attentione firmitate et robore custodiamus promittimus sine dolo et fraude, ac sub onere pstiti iuramenti, quod ad nullius hominis viventis authoritatem et potestatem etiam quacunque dignitate pfulgeat, Papali, Imperiali, Regali vel Ducali, aut cujuscunque Congregationis Legitimæ Personarum Ecclesiasticarum aut Secularium ad impetrandum psen pacis, unionis, fœderis, et Contractus in toto vel parte expresse manifeste vel occulte perse alium, v alias quascunque Personas submissas Spirituales vel Seculares dissolutionem, exemptionem, Cassationem, et irritationem recurremus aut recursu habere poterimus, aut nos induci persvaderi, requiri, vel nobis mandari ad violationem psentis pacis et fœderis per aliquam ptatem Papalem, Synodalem, Imperialem, Regalem, Ducalem permittemus, neque impetrabimus absolutionem et relaxationem iuramenti pstiti, neque utemur impetrata, aut etiam motu proprio concessu vel concedenda, Quod si contrarium fecerimus censebimur fide fragi et periuri. Tum articulo sequenti.

Item ut præsentis pacis, fœderis, et unionis conclusio abundantiori cautela custodiatur per nos Magistrum Commendatores, et ordinen oes Episcopos Vicecommendatores, Advocatos, Milites, Nobiles, et cæteros Magistratus et Officia in terris nostris Prussiæ obtinen. Item Magistri Consulum, Consules civitatum nostrarum Kunsberg, Knepaw, Lembenycht, Holanth, Noyderburg, Passenhein ac oes et singuli fratres Ordinis militares

Prussia iurabunt pacem praesentem servare inviolabiliter et inconcusse, nec ei contravenire quacunque occasione nec dispensationem vel relaxationem iuramenti petere, renunciando omnibus exceptionibus tam iuris quam facti maxime quod causa metus perditionis omnium bonorum, aut absque consensu Sedis Apostolicae, cui ordo immediate subest, seu quod non vocatis Magistris Almaniae et Livoniae et absque eorum scitu voluntate et consensu, et contra statuta et consuetudines ordinis praesens concordia et unio celebrata et acceptata sit, et aliis non obstantibus quibuscunque.

Item ut huiusmodi pacem perpetuam et concordiam sub certiori tenore, attentiori firmitate et robore in omnibus suis capitulis, conditionibus, articulis, atque punctis custodiamus et servemus: et ut pax ipsa foedus et unio ab omni suspicionis genere sit circumscripta, pro illius subsistentia et robore adiicimus. Quod Serenissimus Dominus Casimirus Rex Poloniae et nos Ludovicus Magister, Commendatores, Conventus et Ordo, per nostros hinc inde factores et procuratores, quos in solidum et irrevocabiliter praesentium tenore constituimus. Venerandum videlicet Patrem Dominum Iodocum Episcopum Ozilien: Ordinis procuratorem generalem et Magnificum, Venerabiles, Egregios, Nobiles, et circumspectos viros, Ioannem de Ostrorog Militem utriusque iuris Doctorem, Castellanum Miedzyrzecen. Magistrum Sandinogium, Theologiae professorem, Praepositum Monasterii Clodavien.

Ordinis Canonicorum regularium, Antonium de Furlivio Decretorum Doctorem Cameræ Apostolicæ clericum, Andream de S. Cru. Antonium de Kasarellis Sac. palatij Apostolicæ Advocatos, Bartholomæum Kietbassa Cano. Gnesn. Magistrum Henricum. Sardeman Decanum Ecclesiæ S. Andreæ Colomien: procuratorem causarum, Magistrum Fabianum Haneo decretorum Doctorem Canonicum majorem, et Scholasticum S. Crucis Vratislavien: Ecclesiarum coram Summo Pontifice Dño nostro Sanctiss. Papa confitebimur, profitebimur, recognoscemus, et quilibet nostrum profitebitur et recognoscet præfatam unionem, fœdus, pacem, et concordiam nos spontanee, libere, syncera voluntate, sine dolo et fraude celebrasse, ordinasse, confecisse et consumasse. Et omnes articulos, capitula, modos, et ordinem quibus pax ipsa et concordia confecta consumata, et regulata est, ad pfati Reverendiss. Dñi Patris Rudolphi Episcopi Lauentini Apostolici Legati exhortationem, persvasionem, et mediationem, et de nostra mente, scitu voluntate, consensu, et beneplacito ultroneis processisse. Instabimusque petemus, laborabimus, instare, petere, et laborare debemus et tenebimur sine dolo et fraude, quatenus Sum. Pon. Dñus noster præsentem unionem, fœdus, pacem, et concordiam per interpositionem sui Specialis decreti, de certa suæ Sanctitatis scientia emanandi. Et per literas Aposto: sive Bullas in omnibus

ipsius articulis, capitulis, modis, or-
dinationibus, atq; punctis accepte
ratificet, gratificet, et ad perpetu
rei memoriam confirmet, pœnam
quoq; et censuram ad quam nos su
mittimus adiiciet et apponet. In pr
sentis pacis unionis et fœderis vio
torem et transgressorem et cont
riatorem, cum Suppletione defectu
si qui sunt in præsenti fœdere, or
natione et inscriptione commissi. E
cum derogatione Statutorum et co
suetudinum Ordinis, etiam iuram
to firmatorum, aut Authoritate A
postolica, vel Legatorum ejus, ve
quacunq; alia confirmatorum, qu
fortasse caveretur, quod in magnis
et arduis rebus Ordinis, vocatio e
consensus Magistrorum Almaniæ
et Livoniæ debeat intervenire, ac e
am cum cassatione, allegationis me
quæ per nos Magistrum, Commendat
res, Conventum et Ordinem præten
di possit, cum ad pacem præsentem
conficiendam, advocationem, Reve
rendiss. Dni Rudolphi Episcopi Lauen
tini Legati Apostolici, sponte vener
mus. Et in singulos tractatus, con
ditiones, et conclusiones pacis, tan
quam nobis proficuos et utiles nostru
ultroneum præbuerimus consensum.
Ac tandem ratificatio totius huig
Tractatus et eius contentorum in-
hunc sequitur tenorem.
Quam quidem concordiam unionem
et fœderis perpetui conclusionem.
Nos frater Ludovicus de Erlichaus

Magister Generalis cum Commendato-
ribus Conventu et Ordine nostris, pro
nobis Successoribusq. nostris et Conven-
tu Adjutoribus, Adhærentibus, et Sub-
ditis nostris de certa Scientia, in
omnibus ejus articulis, conditioni-
bus, atq. punctis, approbamus, accepta-
mus, et præsentium tenore pro Subsi-
stentia perpetua emologamus salvis
aliis, quæ contra præsentis pacis et
unionis ordinationem, ejus articu-
los, conditiones, capitula, non sunt
nostris, et nostri Ordinis, Iuribus, li-
bertatibus, et Privilegiis, quæ præfatus
Sereniss. Dnus Casimirus pro se, et
Successoribus suis Poloniæ Regibus
approbat et confirmat. In cujus rei
testimonium præfati Reverendiss. Dni
Patris Dni Rudolphi Episcopi Lauen-
tini Sedis Apostolicæ Legati, ac
nostrum Magistri Generalis, Si-
gilla cum propria manus ejusdem
Dni Rudolphi Episcopi et Legati
et Notariorum publicorum Sub-
scriptione sunt appensa. Et nos
Frater Henricus de Plawen, Ho-
spitalarius Supremus et Capita-
neus in Prayschenmarckt et Morung
Vilhelmus de Pingen Commendator
in Ostende, Ulricus de Hinsberg
in Plaw, Vitus de Gych in Branden-
burg, Joannes de Garbe, Sifridus
Vlach de Schwarczburg in Balga,
Georgius de Ranyung in Rein, Ul-
ricus de Otteimberg in Lieke Capi-
tanei. Stephanus de Strothberg Vi-
cecommendator in Kenerberg, Ul-
ricus de Lotendorff et Vilhelmus
Geyer in Lochsteth et Schoken Ca-
strorum Provisores. Joannes de

Klaucteyn: Ioannes Stertunit, Balthazar Nykierzycz, Ioannes de Laſko, Nicolaus Spezlink, Caſper materna. Pruſzke de Hueer, Bartholomaus Rawuſzke, Georgius de Bole, Mathaus de Dornyk, Nicolaus de Grebyn, Nicolaus Heiſzkiol, Guntherus de Hozendorff. Hieronymus de Hogendorff, Ioannes Rolke, Nicolaus Raschaw, Ioannes de Dywon, Mathaus de Lethen, Ioannes Przebendorski, Michael de Hermanhain, Oswaldus de Sparwin, Ludovicus de Epingen, Marcus de Federaw, Thomas de Berthlzyn, Georgius Pontegat, Rugethaldus Roppe, Marting de Pokarben, Sigismundus de Frewen Jacobus de Guanth, Arthwicus Dommenhaw, Ioannes Thimonis, Ambrosius de Borebamth, Philippus Vayſſel, Ioannes Bandyn, Guntherus de Lanw, Nicolaus de Nothenthesen Mathias Rokothe, Ioannes Leleger, Michael Hundersmarg, Matthaus Kothaſſe, Petrus de Spyrenberg, Thomas Lenharth, Nicolaus Layſſrewnnge. Nos etiam Cives Civitatum et Oppidorum videlicet antiqua Knypaw ay Lambenikt, Conyzſsberg Bartenstein, Velaw, Kaſterſburg, Heyligen bgil, Fredelanth de Schipemfli Et Nicolaus Dei Gratia Episcopus et Capitulum nostrum Ecclesia Zambien: promittimus et spondemus Quod Venerabilis et Magnificus Frater Lodowicus de Erlichauſen Magister et sui Successores Ordinis Nostri, Magistri generales, singuli praesentem concordiam et perp

tuum fœdus, pacem atq conventio
nem cum Serenissimo Principe
Dño Casimiro Rege Poloniæ Regno
ac Sibi inviisceratis, Prælatis,
Principibus, et Subditis universis
mutuam infusam et firmam cu
stodiam attendent, implebunt, et
observabunt, Nos quoque omnes
et singuli prædicti, ipsam custodiemus
attendemus, observabimus et implebimus
in omnibus suis conditionibus, articu
lis atq punctis, et in evidentiam
præmissorum Literam præsentem
Sigillorum nostrorum ac Bullæ
Conventus et Ordinis de speciali
Magistri generalis atq Fratrum
omnium et Conventus consensu
appensione ordinavimus robora
ri, Actum et Datum in Thorun
Anno Dñi 1466 inditione 14 die
vero Dñica decima nona mensis
Octobris, hora tertiarum de mane
vel quasi Pontificatus Sanctissimi
in Christo Patris Dñi et Dñi Nri Pauli
divina providentia Papæ II. anno
ipsius tertio præsentibus Vene
rabilibus Viris egregiis Strenuis
Nobilibus et Spiritualibus Dño
Paulo de Glowina Decano Cracoviensi
Petro de Pniewy Præposito Vladislaven
et Canonico Gnesn. Jacobo de Scha
dek Decretorum Doctore, Præposito
Premyslien. et Joanne Dlugosz
Custode Wislicien. Canonicis Cracow
Henrico de Opporow utriusq iuris
Doctore Archidiacono Gnezhen, Mat
thia Raciązż Winkler Decretorum
Doctoribus de Pancztowice, Joanne
Hofeman et Matthia Licentiatis
in Decretis Joanne Stanconis me
dicinæ Doctore, Canonico Vratislavien.

Berhnardo de Ezmenberg et Schonemberg in kulmenhaldens de Stasberg, Joanne Skaski in Frandensburg et Melzak, Georgio de Slguyen in Slaw et Vonsdorw, Capitaneis: Joanne Schilling, Joanne Thimonis, Philippo Weyssel Nobilibus de Schambia, Joanne Folmar, Michaele Tronymer, Nicolao Kosschelin, Luca Reychensen, Consule Civitatis Vratislau et Nicolao Hermani, beneficiato in Ecclesia Parochiali Vratislaviens. praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Sequitur item subscriptio et ratihabitio ejusdem Tractatûs per Legatum Summi Pontificiis tenore tali.

Et ego Rudolphus DEI Gratia Episcopus Lauentinus, Sacrosanctae Sedis Apostolicae et Sanctiss. Dñi nostri Dñi Pauli divina providentia Papae II. ad Germaniam Legatus missus praefatus: Quia praemissa omnia tractavi, concordavi, et dum per Patres acceptarentur, emologarentur, et iurarentur, interfui: Ideoq. pro meliori evidentia ac testimonio hic me manu propria subscripsi, huiusmodi concordiam et foedus approbando, atque ratam et gratam habendo. Lauentinus Episcopus manu propria

Insistendo his Tractatibus et conditionibus, Ordinis Teuthonici cum Regibus Poloniae Maximilianus Imperator, concordiam inter Regem Poloniae et Magistrum Prussiae confirmat, et Magistrum

ejusdem Ordinis ad homagium Sigismundo Regi Poloniæ præstandum portatur, simulq; Gedanum ac Elbingam ex Banno dimittit, cujus Cæsarei diplomatis tenor est talis.

Maximilianus divina favente clementia, electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Palatinus &c.

Tenore præsentium recognoscimus et profitemur: quod cum inter alia quæ nobis curæ, cordiq; sunt, summopere cupiamus vera, sincera atq; fraterna unione cæteris Principibus Christianis conjungi, ac quantum in nobis est, omnes ad sancta pacis et concordiæ fædera reducere, et cohortari: ut tandem concordibus armis et viribus Christianis ferocissimi ejusdem nominis hostes debellari, et exterminari possent: Ut hinc quieti, tranquillitati ac stabilimento universæ Religionis ad incrementum et propagationem Christiani Nominis consuleretur.

Cumq; Sereniss. Dnus Rex Poloniæ in ea semper voluntate fuerit, ut cum Sacra Imperiali Majestate in optima amicitia et benevolentia fraterna vivat, et maneat: suamq; Majestatem tamquam Fratrem majorem et Consanguine

um charissimum etiam observet, ac veneretur: placeat igitur Maje stati nostræ Cæsareæ ut res et negotia inter eundem Sereniss. Po loniæ Regem et Magistrum Pru ac Ordinem suum, in ea form et modo remaneant, quemadm dum eæstant utrinq; conscript et observabant ab annis retroa ctis, tempore felicis memoriæ Friderici Imperatoris et Seren Dni Regis Casimiri, nec Magist Prussiæ ejusq; Ordinem subtrah re volumus, ab his quæ debent Su Serenitati, et Regno Polo. et qu prædecessores ejus Magistri fa ciebant, neq; auxilium, neque consilium ei præstabimus in damnum et detrimentum Suæ Serenitatis et Regni Sui. Item quod ad Civitates Gedanen. et E bingen. attinet, quæ hactenus Bannis et alijs modis juris Se niss. Regis et Regni Polo. noxiis gravabant, nos exnunc iam easdem Civitates ab ijsdem Bann absolvimus, et liberos esse decer nimus, ac idipsum Iudicio Cam ræ nostræ Imperialis literis n stris denuntiabimus: mandab musq; ut easdem Civitates a præteritis Bannis absolutas dimittat, et in futurum ex quib cunq; causis ad cujuscunq; in stantiam nunqm eas audeat banire, vel quovis modo infe re, nullumq; iudicium contra ea

Contra [illegible]
[illegible]

dem Civitates et earum similes a nostra Imperiali Judicij Camera deinceps institui, et fieri permittemus. Quos duos articulos Nos summa fide promittimus inviolabilit observare, adimplere, et exequi, neque illis quoquo modo contravenire. Harum testimonio Literarum nostrarum Sigilli nostri Imperialis munitione roboratarum. Datum in Civitate nostra Vienen. die XXII mensis Julij, Anno Dni 1515.

Cum autem post hunc Tractatum tam solennem et Authoritate Summi Pontificis firmatum, iterum Ordo Teuthonicus solito sibi more non tantum obligationes Tractatuum minime Regibus Poloniæ tenuerit. Imo Albertus Marchio Brandeburgicus Magister tum Ordinis Theuthonici refragus hisce obligationibus bellum Sigismundo Primo Regi Poloniæ pararet, quod gloriosissimus ille et victoriosissimus Rex, dum non tantum propulsasset, sed iustis et prosperis armis Rebellem sibi illum Ordinem ex ditionibus totius ferè Prussiæ exterminâsset, iterum mediatrices Authoritates Summi Pontificis Leonis X. et Imperatoris Caroli V. ad sopiendum hocce bellum intercesserunt, cum seria monitione Alberto Marchioni Brandeburgico tum Magistro Cruciferorum in Prussia, ut intra orbitas debitæ subjectionis et obedientiæ Regibus Poloniæ rediisset. Cuius

monitionis Diploma extat:
Carolus V. Rom. Caesar Alberto
Marchioni Brandeburgen. Magistro
Cruciferorum in Prussia.

Venerabilis Princeps Consangui-
nee charissime. cum nos nutu Dei
Opt. Max. a quo omnia fiunt commu-
nibus Principum Electorum suffragiis
in Regem Romanorum futurumq.
Imperatorem electi simus, nostri
Officij esse duximus, pacem et con-
cordiam Christianorum Principum
procurare: quo facilius concordibus
animis, at animis expeditio con-
tra Christiani Nominis hostes susci-
pi posset. Et cum intelligamus
inter Serenis. Regem Poloniae
Fratrem nostrum charissimum
et devotionem tuam super Jura-
mento quodam praestando nonni-
hil differentia adesse cuperemus
huiusmodi discordiam sedari praesertim
cum edocti fuerimus Caesaream
M. praeclarissima memoria Dnum
atq. Avum nostrum colendissimum
~~atq.~~ ad te quoq. super ea re lite-
ras dedisse. Quapropter hortamur
devotionem tuam magnopere, ut di-
cto Serenis. Fratri nostro debitum
et praesertim quod Praedecessores tui
Regibus Pol. praestare soliti sint. E-
tiam praestes et te erga eum ita
exhibeas, ut iunctis armis, isthic
Fidei hostibus occurrere, et terrori
esse possitis, et si quid forsan dissidij
inter eundem Regem et te adhuc
remanserit, daturi sumus operam
cum primum in Germaniam vene-

rimus, quod dante Deo prope diem futurum speramus, ut huiusmodi inter vos quaestio ~~quod dante Deo prope diem~~ amice et pro dignitate utriusque componatur. Quare nobis pollicemur, quod pro tua et Fratrum tuorum in nos observantia, nobis in hac re satisfacies, quod quidem erga devotionem tuam, universumque istum Ordinem benigne et omni gratitudine recognoscemus. Datum &c.

His tandem studiis tantorum Principum et submissionis dicti Alberti Marchionis Brandeburgici, magnanimus Rex Sigismundus Primus sese accommodans pacem perpetuam cum praedicto Magistro Prussiae, et ejus Ordine Anno 1525. pepegit et confecit. Cujus pacis Tractatu authoritate et opera Leonis X, Adriani VI. et Clementis VII. Summorum Pontificum, Caroli V. Imperatoris nec non studio Ludovici Hungariae et Bohemiae Regis, et omnium fere Principum Germaniae, tum mediatione Georgij Marchionis Brandeburgici et Friderici Ducis Lignicensis et Rigensis confecto praedictus Albertus Marchio Regem Poloniae Successores ejus et Rempublicam pro veris suis legitimis, immediatis et Haereditarijs Dominis recognovit, ac demum partem Prussiae Rex Poloniae praedicto Marchioni Brandeburgico et Successoribus ejus Lineae Onolsbacensis in feudum tradidit conditionibus et obligationibus quae in praedicto Tractatu

fuse patent, reservato Sibi et Successoribus Suis Regibus ac Regno Poloniæ in casu extinctæ lineæ Onolsbacensis Iure Hæreditarij Dominij in partem Prussiæ data Marchionibus Brandeburgicis extendum.

Ex his ergo omnibus patet liquide inconcussum et incontestabile Ius Regum et Regni Poloniæ in totam Prussiam. Deducitur enim et originale ac primitivum Regum et Regni Poloniæ ante vocationem Ordinis Teuthonici contra Paganos in Prussiam Dominium, et tandem tum armis, tum Tractatibus Spontaneis Ordinis Teuthonici cum Regibus Poloniæ conctum Ius et in perpetuum firmatur.

Contra ... Ordinis Teuthonici

Informatio de Ducibus Curlandiæ. 32

Gottardus Ketllerus antea Coadjutor Vilhelmi Plettenbergij Magistri Livoniæ Provincialis, electus est in Magistrum Livoniæ Anno 1560. Invenit is perturbatissimum rerum Livonicarum statum, partem sibi vindicantibus Moschis, partem Sueciis, partem Polonis, cum igitur ex his malis eluctari non posset, dedit se in Clientelam Sigismundo Augusto Regi Poloniæ, qui ipsi Curoniam & Semigalliam jure fiduciario, tituloq Ducis obtinendam concessit Anno 1561. Et hic Gottardus primus est Dux Curlandiæ & Semigalliæ. Hartknoch de rebus Prussicis Fol: 456.

Hic Gottardus ultimus Magister Ordinis Theutonici derelictus cum statu Livonico, ab Imperio Romano Germanico, cui suberat nec viribus proprijs statum suum contra Moschum tueri valens, subiecit & incorporavit se, suosq Posteros, & Ducatum Curlandiæ & Semigalliæ Regi Sigismundo Augusto, & Regno Poloniæ Magnoq Ducatui Lithuaniæ, missis ad Comitia Regni Gnalia Lublini celebrata Nuntijs Friderico à Kanitz & Michaele à Brunow Consiliarijs & senatoribus suis. Quem Rex & Respblica in unionem acceptavit, in suam Clientelam & defensionem, Conservationem omnium Privilegiorum & Libertatum ipsi concessit. Extat Privilegium in suo tenore de data Lublini in Conventu Gnali Regni die 3. Mensis Augusti 1569. Apud Chwalkoski Lib: 4. C. 9. de Livonia fol: 511. & fol: 516.

Mortuus Anno 1587. reliquit duos Filios Fridericum Majorem natu & Vilhelmum. Fridericus successit Patri Gottardo, uterq tamen in solidum investiti erant ad Ducatum sine Divisione Ducatus, a Sigismundo tertio Rege Poloniæ.

Idem Fridericus Dux per Vladislaum quartum Regem Poloniæ, approbatur & cum Jacobo Nepote ex Fratre. Vilnæ die 20 Julij 1633. data ipsi investitura.

Vladislaus Quartus Rex in Comitijs Regni Anno 1638 Consensum dedit Friderico ætate consumpto, ceden di Regimine & possessione Ducali Curlandiæ, Iacobo cum Iurisdictione. Iam vero Harthnoch scribit, qui Friderico suffectus est Frater Germanus Vilhelmus Anno 1639./ ibidem Fol: 456./. Iacobus Dux à Rege Ioanne Casimiro Varsaviæ d. 28. Maij 1649. confirmatus cum titulo Ducali adinstar Ducis in Prussia prout Gottard cum suis Successoribus linea recta ex lumbis descenden.

Renovationem Iri Feudationis & Investituræ Iacobus Dux obtinuit à Rege Michaele per Legatos Christopherum Puthamer & Georgium Firks Varsaviæ d. 20 9bris 1670. Anno.

Mortuo Iacobo Duce successit Filius Fridericus Casimirus, qui à Rege Ioanne postulavit, & obtinuit per Legatos Missos Investituram d. 25. Martij Anno 1685 in Comitijs Regni Gralibus, in quibus per Constitutionem cautum, ut in futurum Novus Dux Curlandiæ in Persona Sua non per Legatos homagium reddat.

Friderico Casimiro Duci successit Filius Fridericus Vilhelmus Dux, qui propter minorennitatem homagium non reddidit, et necdum bene adultus nubendo immature obijt. huic successit

Fridericus Dux, qui Ducis defuncti minorennis erat Tutor, Ducatusq Administrator. Homagij reddendi tempus prorogatum in hoc Stirps & familia Ducalis deficere videtur, ex quo est celebs sine Uxore, & in casum Fatorum ejus Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ ad Regnum Poloniæ redibit, eaq paritate gaudebit, quâ gaudet Livonia juxta Constitutionem Regni Ann: 1589. Titulo Księstwo Kurlandzkie fol: 512.

Incorporatio Ducatus Curlandiæ & Semigalliæ cum Regno Poloniæ Lublinij Anno 1569. facta.

Sigismun:

Sigismundus Augustus Rex Poloniæ Magnus dux Lithuaniæ. Significamus præsentibus Literis Nris quorum interest universis & singulis, quod cum Illris Dominus Gotthardus in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ Dux Gnosos Fridericum à Kanitz, & Michaelem à Brunow Consiliarios & Senatores suos ad Nos, Regniq Nostri Ordines, cum certis mandatis ablegavisset, atq hi ipsi Literis Fidei suæ plenipotentiæ prædicti domini Ducis demonstratis id sibi ab Illustritate sua injunctum esse docerent, quo nomine Illrtis suæ à Nobis, Regniq Ordinibus postularent, ac enixè rogarent, ut quoniam Negotium unionis Regni Nostri cum Magno Ducatu Lithuaniæ ad salutarem finem, exitumq optatum jam pridem DEO Immortali Adjuvante perduxissemus, tempus adesset, quo Livoniæ, quæ à barbaro & truculento hoste, majorem in modum populata & afflicta per Nos aliquando consuli possit, subjectionem Illustris Domini Ducis, & subditorum de communi sententia, atq assensu omnium Ordinum Regni cum Ducatu Lithuaniæ uniti acceptaremus. Nos etsi memoria tenebamus superioribus Annis, quo tempore ab Ordinibus Livoniæ Crebris Literis, atq Nuncijs, ad eam ipsam subjectionem acceptandam sollicitaremur, sortem illius Provinciæ, atq calamitatem miserati, hanc ipsam ex Persona Nostra in fidem atq protectionem Nrām suscepisse tamen et illud meminimus etiam, cum prædicta subjectio præsentiam Senatus Polonici ad pleniorem deliberationem requireret, rejecisse Nos hujus ipsius rei tractationem in tempus aliud ad eam rem conficiendam commodius quod cum se Nobis obtulisset, faciendum esse existimavimus, flagitionibus præsertim Illustris Dñi Ducis Plenipotentibus, & unione Regni, cum Magno Ducatu Lithuaniæ absoluta et perfecta, & Ejus

Illustritatis subiectionem per supradictos Plenipotentes Illustritatis Ejus Nobis delatam de Consensu omnium Ordinum & voluntate Regni cum Mag. D. Lithuaniae ita ut antedictum est uniti, in praesentibus Regni Comitiis acceptaremus, ipsumq Illrem Principem in fidem & Clientelam Nram Regniq Nri cum omni ducatu & ditionibus Illrtatis Suae publico Regni cum Magni Ducatus Litt. uniti nomine recepimus, nimirum ut ab eo tempore in posterum Illrtas Sua Ejusq Haeredes cum Ducatu Curlandiae & Semigallico Regno Nro cum M. D. Lithuaniae unito tanquam uni & individuo Corpori, perpetuis temporibus Subiciatur, & incorporetur, ac in Clientela et defensione Nostra, & Regni cum Magno D. Lithuaniae uniti permaneat. Speramus autem Illrtem Suam, & Ejus Illrtis Posteros, in ea fide, voluntate, subiectione, quam Nobis Regnoq cum magno D. Lithuaniae unito per supradictos Plenipotentes detulerant, constanter permansuros, & firmiter perseveraturos, quibus Nos vicissim defensionem Nram Regniq Nri ac conservationem omnium Privilegiorum, Libertatum, Immunitatum a Nobis ijsdem concessarum, Libertatibus tamen Regni non adversantium pollicemur, atq promittimus, quae Privilegia, Immunitates, Libertates tum renovaturi & confirmaturi & in pleniorem formam redacturi sumus, cum Illrtas Sua Nobis, Regnoq Nostro debitum homagium praestiterit. In cujus rei fidem & testimonium praesentes Manu Nostra subscripsimus, & Sigillum Nostrum appendi jussimus Datum Lublini in Conventu generali Regni Die 3. Mensis Augusti Anno Dni. M. D. L. X. I. X. Regni vero Nostri Quadragesimo.

De Livonia brevis Informatio.

Livonia sive Lieflandia Incolas Barbaros, cum Meinardus /: postea in Livonia Episcopus :/ ad fidem Christianam converteret, ab illis & postea cum altero successore Bertholdo Abbate Cisterciensia, Fratres Ordinis Theutonici circa Annum 1234. hos Livones Barbaros debellarent, & Livoniam usq ad tempora Alberti marchionis Brandeburgensis Magistri Prussia tenuerunt /: Guaginus fol: 65.:/

Hanc Livoniam Ioannes Magnus Moschoviæ Dux invasit, ipsoq Livoniæ Magistro Fürstenbergio /: qui Luteri errores professus erat :/ in Arce Felinensi capto, Episcopatum Derpatensem aboleret, & totam Provinciam varijs erumnis affecit, latè longeq arma victricia circumtulit.

Post captum Fierstenbergium Magistrum succedaneo Gotthardo Kettlero Magistro Livoniæ Sigismundus Augustus Rex Poloniæ opem tulit, Revalienses verò imploraverunt, primo Christiani Tertij Regis Daniæ, demum Erici Regis Sueciæ patrocinium, illudq contra Moschos susceperunt; quo facto Livonia in duas partes scissa.

Mortuo Erico Rege Sueciæ & Sigismundo Rege Poloniæ, Dux Moschoviæ Magnum ducem Holsatiæ Regem Livoniæ creavit, eumq magna vi Livoniæ imponere voluit, Tantis periculis imminentibus Ioannes dux Finlandiæ /: qui postea erat Rex Sueciæ :/ cum Stephano Batoreo Rege Poloniæ Societatem inivit, qui Stephanus Rex Anno 1579. Bellum Moschis intulit, & magnos Successus contra Moschum habuit totaq Livonia, cum Metropoli Riga Eidem Regi Stephano se dedidit Anno 1581. /: Piasecki fol: 2. ad fol: 59.:/

Sed mox Rigenses ex occasione Patrum Soc: JESU Ecclesiâ S: Iacobi illis datâ, Regi Sueco rursus sese subdiderunt, Regnante Sigismundo Tertio Rege Poloniae et magna Bella ratione hujus Livoniae cum Regibus Sueciae, praecipue Gustavo Adolfo /: qui ferè totam Livoniam, praeter Dineburgum, in suam potestatem redegerat :/ gesta sunt; Piasecki fol: 454.
Quae tandem Bella Pactis Olivensibus inter Regnum Poloniae et Sueciae sopita, perque Pacta Provinciae Livoniae Transdunanae Suecorum Regi cesserunt, Australis verò Livoniae pars, cessit Regno Poloniae et Magno D: Lithuaniae Anno 1660.
Ordinatio de hac Livonia facta per Reges et Rempublicam Poloniae in Comitijs Regni Anno 1598 fol: 709. In Anno 1607. fol: 844. Item 1635. fol: 28. Item 1677. foll: 29.

Elenchus Variarum
Transactionum

Extract: ex Regestro Archivi
Regni sub titulo Prussia

Magistratus Gedanensis & tota communitas promittunt omnem Subjectionem Casimiro Regi Poloniae et ejus Successoribus cum pensione annua in perpetuum Duorum millium Florenorum Ungaricalium; Item obligant se Regi eidem Curiam cum Granario & Stabulo aedificaturos. Datum Elbingae die SSmae Trinitatis Ao 1454.

Ioannes de Bayzen Prussiae Gubernator Augustinus de Szewel Culmensis & Gabriel de Bayzen Elbingensis Palatini spondent Casimiro Regi Episcopos Prussiae subjectionem juraturos, quod si fuerint renitentes declarant contra ipsos hostilitatem. Datum Thoruniy post Dominicam Ramis palmarum Ao ut supra.

Nobilitas & Cives Terrae Culmensis jurant fidelitatem Regi Casimiro per Plenipotentianos suos Thoruniy ante Ascensionis Dni Anno eodem.

Simile fidelitatis Juramentum a Nobilitate Elbingensi et Capitulo Varmiensi, Civitatumque Elbingensium & Gedanensium Incolis eidem Regi praestatur. Datum Elbingae Feria 3tia Pentecostes. Ao 1454.

Simile de Incolarum Terrae, ac Civitatum Konigsbergensis. Datum in Konigsberger Civitate in vigilia SSmi Corporis Christi. Ao ut supra.

Nuntij Ordinum Confoederationis Terrarum Prussiae excusso jugo Cruciferorum Casimirum Regem, tanquam Dominum suum agnoscunt pertaesi illorum Tyrannidis & bellorum iniste contra Regem Poloniae gestorum, posteaquam coram Tribunali Caesarea ex instantia Cruciferorum in Sexingentis millibus florenis damnati essent, ac Trecenti Capitanei Sententia notati renunciant obedientiam Magistri Regno Poloniae, & Regi tanquam Fundatori Ordinis se subjiciunt fidemque pollicentur. Cracoviae Feria quarta Cinerum, Ao, ut supra.

Fundator. NB.

Pax inter Casimirum Regem & Ludovicum Herlihausen Magistrum Prussiae per Rudolphum Episcopum Lavantinum facta quae ex parte Regis continentur Dux Masoviae & Stolpensis, Episcopus Varmiensis Sopitis omnibus injuriis, Terra Culmensis, Michaloviensis

10 +

Herlihausen

Pomeraniæ relinquitur Regi. Magister om
juri abrenuntiat, excepta portione Neringæ c
duabus Villis à Rege Magistro donatis cedit p
terea Magister Regi Castro Marieburgensi c
+ duabus insulis Castro Stum, Civitate Elbing
Oppido Krisburg, sibi vero Kinisbergum cum
quis reservat cum Episcopatu Sambiensi. Rex
gistrum Regni Poloniæ Principem et Consiliariu
creat, præstiturum fidelitatis homagium Regi
Regno, in Senatu ad Sinistram partem locum
bituram, Stabilitur Unio perpetua, ut nullum
Magister Superiorem nisi Summum Pontifice
& Regem agnoscat. Culmensis Episcopus d
citur Archi-Episcopo Gnesnensi. Varmiensis
cum suo Capitulo Regi Subjectus erit, Bon
Ecclesiarum Varmiensis, Culmensis, Pomeraniensis
biensis Episcopatuum occupata restaurantur, Cap
dimittantur. Mercatores liberam habeant comm
NB di potestatem, ad ordinem Cruciferorum Poloni a
tantur. Securitas Subditis Utriusq partis cav
Constituent Procuratores tam Rex quam M
gister, qui hanc pacis constitutionem à Summ
Pontifice confirmari petent. Datum Thorunij
18. 8bris Ao Dni 1466.

Ludovicus Magister Prussiæ
inhærendo pactis remittit culpam Subditis
qui Regi Casimiro, Regnoq Poloniæ adh
serant, et omnem Securitatem ijsdem promi
Data & Ao eodem ut Supra.

+ Fœdus inter Casimirum Regem et Lu
vicum Magistrum Prussiæ Sancitum Thor
gij sub Sigillis Friderici Cardinalis et Ca
Episcopi Caldiensis. Ao ut Supra.

+ Capitulum Varmiense pacem Thor
per Rudolphum Episcopum Lavantini Leg
Apostolicum inter Casimirum Regem appr
et illum impleturum se Juramento obligat
tum in Castro Capitulari Allenstein
no eodem ut Supra.

+ NB Henricus Richtenberg Magist
Prussiæ in conspectu Casimiri Regis et ej
Consiliariorum præstat Juramentum fideli
eidem Regi coram Joanne Archi-Episcopo
nensi, omniaq puncta Pactorum Thorun ratifi
Petricoviæ 20 Novemb. 1470.

Cum Martinus Trukszesz Magister Prussiae ultra sex menses praestare juramentum Casimiro Regi distulisset, belliumque inde ortum esset, interventu Mathiae Regis Hungariae et Castra Brodnica, Chelm, Starygrod Regi restituit cum bombardis & pixidibus, et apparatibus Ecclesiasticis; De injurijs Episcopo Varmiensi illatis arbitrio Consiliorum Regis permittit, damna bello illata resarciet. Datum in Nova Civitate Die 12 8bris Ao 1479.

Casimirus Rex ad intercessionem Filiorum suorum quibusdam Nobilibus Brodnicensibus & Culmensibus, quod tempore belli partibus Teuthonici Ordinis adhaeserint, culpam remittit. Datum in Korczyn Feria secunda ante Sanctae Hedvigis Ao eodem ut supra.

Martinus Trukszesz Magister Prussiae quietat Casimirum Regem de duobus millibus aureorum sibi ratione cessionis de Episcopatu Culmensi per manus Joannis Zela de Czechostawice Canonici Posnaniensis & Lanciciensis persolutis. Datum Ao 1479.

Nicolaus de Koscielec Capitaneus Tucholiensis acceptâ mutuo à Gedanensibus summa quinque millium Ungaricalium Florenorum eandem super Castro et Civitate Pucko ipsis inscribit. Lublini Anno 1488.

Albertus Rex accepta mutuo summâ mille Florenorum Ungaricalium pro sua & Regni necessitate à Magistratu Consulari Gedanensi eandem super Arce & Civitate Pucensi inscribit. Datum in Szydlowo post Octavas Corporis Christi Ao 1502.

Alexander Rex pollicetur Gedanensibus nemini se daturum facultatem eos de bonis Pucko eximendi. Datum Gedani Ao 1504.

Transumptum quarundam Protestationum coram Summo Pontifice Martino Quinto et Cardinalibus nomine Magistri Prussiae factarum, qua efficere contendebat Magister, ne post latas sententias arbitrales à Sigismundo Romanorum Imperatore Nuntius pacis constituendae causâ in Prussiam & Poloniam mitteret, sub nomine Episcopi Sambiensis editum Ao 1506

Pucko

Excerpt ex Cancellaria Archivi Regni Poloniæ.

Albertus Magister Prussiæ dat mandatum Oratoribus suis ad tractandum de pace inter Sigismundum Regem Poloniæ cum Oratoribus Caroli Quinti et Ludovici Regis Hungariæ Bohemiæ. Datum Brisemburgi die 19 Martij A° 1521.

Mandatum Terrarum & Civitatum Magistro ordinis Teuthonici de Prussia subjectarum ad tractandum de concordia et pace inter Sigismundum Regem et Magistrum Prussiæ. Datum Brunsbergæ Feria Sexta post S. Nicolai A° 1524.

Pacta Sigismundi Regis Poloniæ cum Alberto Magistro Prussiæ per Georgium Marchionem Brandeburgensem et Ducem Lignicensem Fridericum constituta, quibus Prussiæ Ducatus nomine Alberto Marchioni ac Fratribus ipsius Georgio Casimiro ac Joanni in Feudum tradita est, cum conditionibus ibidem descriptis. Cracoviæ Sabbatho ante Palmarum Anno eodem ut supra.

Albertus Magister Prussiæ cum Universis ordinibus approbat Pacta Sigismundi Regis Poloniæ per Georgium Marchionem Brandeburgicum et Fridericum Ducem Legnicensem constituta Regiomonti die 18 Aprilis 1525.

Georgius Marchio Brandeburgensis suo & Alberti Casimiri Fratris sui Filij nomine approbat Pacta Regis Sigismundi cum Alberto Duce in Prussia de Feudo Prussiæ inita. Datum Die S. Bartholomæi A° 1528.

Albertus Dux Prussiæ ad renovandam investituram Ducatus Prussiæ mittit ad Sigismundum Augustum Regem Sui Oratores Anno 1550.

Excerpt ex Registro Archivi Regni Lib. tit. de Livonia 37

Albertus Archi-Eppus Rigensis Henricus Curoniensis faciunt Concordiam cum ordine militum Theuthonicorum in Livonia, ita ut Ordo sit sub Potestate Archi-Eppi et Episcoporum Ano 1254

Testimonium Abbatis Dunemudensis Prioris Ordinis Prædicatorum et Provincialis Rigensis et aliorum de Recognitione Magistri Conradi, quod ipse Fratres subsint Jurisdictioni Archi-Episcopi et Episcoporum — Quinto Calendas Aprilis Anno 1264

Clemens V committit Archiepiscopo Bremensi et Alberto Canonico Ravenatensi comemoratis Excessibus Cruciferorum de Livonia, quod Archiepiscopum ceperint, Septem Cathædrales Ecclesias everterint, Septem alias usurpaverint, Fratres Ordinis Sui in Eas intruserint, prædicationem Verbi DEI impedierint Regnum Plocense ad fidem conversum, in quo Calomensis et Ruthenensis Cathedræ erant, Paganis vendiderint, alium item Regem Paganorum à fide everterint, Lechoviensem Ecclesiam Cathedralem deleverint, Nobiles Terræ Semigalliensis proditione occiderint, ultra centum millia fidelium ad Terras Paganorum profugere compulerint, exitium Civitati Rigensi conclusserint, nec quæri de se passi sunt, Nuncios interceperint et occiderint. Vladislai Cracoviæ ac Sendomiriæ ducis Terram ingressi, in Civitate Gdansko decem millia hominum occiderint, aliasq facinora perpetraverint, Jubet itaq ut in ejusmodi Excessus inquirent. Datum Avinioniæ 12 Calend: Junij Pontificatus Anno 5to

Joannes XXII mandat Omnibus Archi
Episcopis, ut Magistro Ordini Injungant, ut
portum Castrum Rigense et Monasterium
Dunemundense Toreyda Archi Episcopo Rige
si reddat.

Benedictus XII mandat Eppo Derpa
tensi, ut juxta ordinationem Joannis XX
II, Cujus adhuc executio dilata fuit, fi
gat Terminum Magistro, vel eo absente F
tribus alijs, intra quem Castra et Posses
ones Archiepiscopo Gnesnensi reddant, &
si noluerint, Eos censuris Ecclesiastici s
compellat Datt. Avimoniæ 2do Calend
Martij

Magnus Arosiensis à Sede Apostolica
deputatus, denuntiat omnibus Archiepiscopis
Episcopis ut Magistrum Livoniæ et Ordinem
Nolentis Civitatem Rigensem tradere pro
Excomunicatis denuntient ac publicent
Datum in Castro Lealis Osiliensis. Dio
cesis d. 3 8bris Ao. 1354

Processus Judiciarius inter Archi Eppum
Rigensem et Magistrum Cruciferorum in
Curia Romana agitatus, quo deniq. Vromoldo
Archi Eppo restitutio Civitatis Rigensis
ad judicata per Franciscum Cardinalem
judicem ad Innocentio Sexto deputatum

Innocentius VI committit Arelatem si Eppo
ut Magistratum et Cives Rigenses à juram
Magistro Ordinis præstito absolvat. Datum
in Villa nova Dioecesis Avimoniæ Ao 13
7. 10 Calend. Septembris

Stephanus Archiepiscopus Arelatensis
Executor Sententiæ Francisci Cardinalis
movet Cruciferos, aliosq. reddendæ intra tri
ginta dies Civitatis Rigensis Archi Episcop
et c

et constituit Executores ad ulteriorem Executionem Anno 1360.

Vromoldus ArchiEppus Rigensis constituit Procuratores ad acceptandam possessionem Civitatis Rigensis nomine suo una cum Instructione, Die 18 Maij Ao. 1360.

Instrumenta tria per Publicos Notarios confecta; Unum de Executione Sententiae Definitivae ratione reddendae Rigae ArchiEppo 2dum. Requisitionis per Joannem Praepositum Osiliensem Subexecutorem Ordinis Cruciferorum de tradenda Possessione Rigae ArchiEppo 3tium. Notificationis Civibus Rigensibus de absolutione à Juramento Eorum Ao. 1364

Joannes Decanus Lubicensis SubExecutor ArchiEppi Arelatensis subicit interdicto Civitatem Rigensem ob non admissam Possessionem ArchiEppo Ejusdem Civitatis d. 14 9bris Ao. Eodem.

Aliud Simile ejusdem Interdicti sub eadem Data Exemplar.

Magni Episcopi Arosiensis Processus excomunicationis contra magistrum et Ordinem Teuthonicorum in Livonia ob non reditum realiter Archiepiscopo Rigam Ao. 1365

Similes aliae Litterae sub eadem Data.

Angelus Tit: Sancti Laurentij in Damasco Cardinalis Judex et Comissarius à Sede Apostolica Deputatus citat per Publicum Edictum Magistrum et Ordinem ratione occupationis bonorum ad Ecclesiam Rigensem pertinentium Datum Romae d. 10 Januarij Ao. 1388.

Transumptum Literarum Innocentij Sexti sub Sigillo Officialis Lubicensis & Signo Notarij Publici, quibus Idem Pontifex absolvit Cives Rigenses à Juramento Cruciferis

Cruciferis praestito Anno Eodem ut Supra

Martinus V Papa Archi Eppo Arelatensi et Episcopo Arosiensi & Turbatensi mandat Sententiam Francisci, olim Tit: Mariae Cardinalis sub Innocentio Sexto Papa, latam, quam Civitatem Rigensem ad Archi Eptum Rigensem semper pertinuisse et Magistrum ac Ordinem à Possessione ejusdem amovendum esse decrevit, sollenniter publicent et ad plenariam Executionem deducant, Civesq Rigenses à Juramento Ordini praestito absolvant. Romae.

Simile aliud Comissionis ejusdem Exemplum.

Processus Executionis Bullarum Innocentij Sexti, absolutionis Civitatis Rigensis à juramento praestito Ordini et à Dominio Civium Rigensium per Olaum Eppum Arosiensem factas. Aº 1425.

Clemens V Papa in locum Alberti Mediolanensis Canonici substituit Franciscum de Milano Canonicum, et mandat, ut inquirat cum cum Archi Episcopo Bremensi de maleficiis Cruciferorum

Bonifacius IX Papa innovat litteras Alexandri IV Papae, quibus Possessiones ArchiEppi Rigensis confirmat Pontificatus Anno Primo.

Manifestatio Illmi et Reverenmi Nicolai Prazmowski Supremi Cancellarij Regni circa conclusionem Articuli Pacis cum Svecis de Livonia, ratione Ecclesiarum Romanae Catholicae Religionis ibidem, Bonorumq ad Ecclesias Easdem pertinentium avulsionis et alienationis. Aº 1660.

Monseigneur #

39 37

Zapomniałeś WMŚćPan przy odieździe swoim odebrać odemnie copiam tego memoryału ImWPanu Baronowi Dyppoltowi danego; Więc teraz przez ImWPana Regenta koronnego odsyłam WMŚćPanu bo nie tylko incessanter ImWXiędzu Biskupowi Inflantskiemu WMŚćPanu należy to communicare per copiam, ale insuper dla lepszey informacyi zdałoby mi się iescze y to co ImWPan Miecznik koronny excypował ratione Prasz z tych ksiąg starych autorow ktore są Ubersi concredita, takze adiungere, choc in seorsivo scripto, żeby to miał na dobitkę; ale y to co ratione Kurlandyi y ratione Inflant WMŚćPanu pro pre memoria przydałem, należy admittere. Insup.

Privilegium Incorporationis Pruss ad Regnum 1454

iako o tym Ius municipale Prutzenicum pos-
et ab hoc tempore byliśmy in actuali posse-
sione. Czytałem tę xięgę co Ordo Eq-
ttenicus wydał przeciwko Dworowi Berlin-
skiemu, widzę że quid pro quo allegant, bo
tam nawet Tractatum inter Ludovicum Erick-
sen tunc temporis Magistrum a Królem
Jego Polskim non allegant, ani tego do
Xiąg nie wydrukowali, gdzie tę Magister
Ordinis Subdidit, transegit finaliter y przy-
szła na to approbatio Summi Pontifi-
cis y Cesarza natenczas panuiącego

38

tor Maximiliana Dziada Karola Quinti.

W. X. W. Rozumiałbym że Jmć X. Biskup Inflantski Orator, gdyby przyszło na owczas mogłby quam modestissime ów mój dyskurs przytoczyć co go miałem in praesentia Wielkiej na na konferencyi z Jmć P. Dyp. Solteme że ieseli licet, post secula in Jura inspicere, et res antiquas aut praetensiones resuscitare, tocby y my mogli sobie formare do Śląska Jus petendi albowiem Principes Poloniae Piastowskie

go Domu co mieli za Prawo uti Vasalli
Polonia se subijcere Dominio Krola Pre
uskiego, z kąd derivatur Possessio Cesarza
Imci tak Szlaska iako y Prus, gdzie
sciendum, że Szczyty y Szlezyi, lubo są in Im
perio, sed non sunt de Imperio.
Are Ministri Krola Imci Naszego P. M.
w Jaszy na Seymie w Regensburgu
propter communem causam tenentur
invigilare, ex quo Krol Imc ma takze takie
Dobra w Saxonij, ktore quondam ad
Teutonicum ordinem pertinebant, tedy
rozumiał tym zeby Imci Krola Imci

upraszał, żeby ten Interes suis Ministris zalecić raczył, y żeby ci mogli y tym Zastonić na Seymie, że Rzeczpospolita Polska miałaby przez to wielkie praejudicium, gdyby w tę przysięgę Cesarską medio takowy punkt włożył, z kądby mogło urość inconvenientissimum Bellum między Rzeszą Niemiecką a Koroną Polską, y Ullazego także tym Ministrom Saskim trzeba będzie ten memoryał communikować, żeby ich w dyspozycyi oddał, y coby Pan ieszcze altissimo Iudicio suo rozumiał pro informatione addere.

bo tak late jako że da Informacya WW. Xżo
ustąpi Inflantskiemu WW. Panu, nic Zys
[illegible] tak wyrasiwszy iestem intemerato [illegible]

WW Pana

a Warszawie 28. Xbris 1783 — Uprzeymie życzliwy Brat y sługa uniżony

J. Chrebendowski
Pis. W. Litt.

P. S. Supplikuie tu WW Pan Stanisław Zaleski Chorąży Minski o Kasztelanią Minską, post fata WW Xdz Zdorskiego a Chorąstwo Minskie [illegible] by derrżeć na syna swego. Jezeli tedy WW Pan nie iestes iuż komu inszemu angażowany, wnosze moie za tym WW Chorążym Minskim instancyę, bo Oyciec iego był też porządnym [illegible] ziemskim y w wielkich faworach u Krola J. P. Kazimierza, Dawnego wieku, do tego Brat, y na wielkie dobra w Podlas

Jm P Podskarbi Wl. 26 Albis

Q.ᵉ 9. maij 1714. communicata

Communicata ad Residenta Brandeburgh.

41

41.

L. S.

Projectum
Certæ et constantis Capitulationis
Artic. 10
2dus Passus Ordinem Teutonicum concernens

(a) Omittantur verba; Teutonico vel.

Cum etiam Ordini (a) Teutonico vel S.ᵗ Johannis in et extra Imperium bona non spernenda subducta sint

Extractus Literarum
Friderici 1mi Regis Borussiæ
ad
S. Cæsaream Majestatem
28 Januar. 1713 datarum

Clausulam illam Articuli 10mi in Capitulatione perpetuâ Majestati Suæ Borussiæ Ejusq Posteris præjudicium irreparabile inferre, idq ob Regnum Borussiæ, cum hoc modo Imperatores et Imperium perpetuam risæ occasionem nacturi sint, neq Suam Maj. aut Ejus Posteros unquam in possessione quietâ futuros, cum tamen S. Cæsarea Maj. et Imperium Regem Borussiæ pro legitimo possessore tam Borussiæ quam Novicastri sæpius et ubiq recognoverint, indeq Ipsum Collegium Electorale omitti istam clausulam, rationi et æquitati consentaneum duxerit; eandemq justitiam à ceteris Imperii Statibus Regem Borussiæ sibi polliceri, præsertim vero à S. Cæsareâ Maj. ut Ejus summa auctoritate Status Imperii ita disponantur, quo clausula jam dicta ab Imperio pro non fundatâ et iniquâ censeatur.

Extractus Literarum
Friderici Gvilielmi Regis Borussiæ
ad
Sacr. Cæsaream Maj. Carol. VI.

Provocat ad literas Dni Parentis felicissa memor
argumenta repetendo et S. Cæsaream Majestatem
rogat, ne Sibi et Successoribus Suis in Imperio per clau-
sulam istam perpetuum vinculum imponi patiatur
ad lites cum Suâ Maj. Borussicâ, Borussiæ et Novica-
stri ergo, fovendas, sed potius ad abolendam, vel con-
venienti modo limitandam istam clausulam articuli
10mi supra dicti Auctoritate Cæsarea agat, idq. eo
magis fieri posse, cum Collegium Electorale, sententi-
am suam eo collimare, jam publice declaraverit,
nec reliqui Status Imperii, quicquam, quod æquitati
et rationi contrarium, approbare aut expetere pos-
sint aut valeant, non semel enim Borussiæ Regem
pro legitimo Possessore Borussiæ et Novicastri, ab
Imperio, et Imperii nomine, agnitum et defensum.


Traducta Copia
Rescripti S. R. Borussica
ad
Consiliarium suum Viennæ Residentem
Berlini 6to Jan. 1714 dati

Ex adjunctâ Relatione Ministri nostri Varsoviæ
subsistentis de 30mo Decembr. videbis, quomodo Ar-
ticulus ille 10mus Capitulationis perpetua et inibi
stipulata reunio Terrarum et bonorum, quondam
ad Equites Ordinis Teutonici pertinentium —

|


in Polonia consideretur, et qualis ex hac causa Ministro Caesareo Varsoviae degenti repraesentatio facta sit. Res non hic subsistet, sed Moscovia quoque et Svecia ob Ducatum Livoniae, quem Ordo Teutonicus pariter reuniri praetendit, huic negotio implicabuntur, atque sic articulus saepius jam dictus, siquidem ei porro insistitur, ad maximos motus ansam praebebit. Deus conservet Sac. Caes. Majestatem incolumem per multos annorum series, sed si aliquando Successor Ejus in Imperio per sanctionem dicti Articuli et juramenti in Capitulationem perpetuam vinculo adigendus erit, ut Nos et Successores Nostros dignitate Regali et Regno privare teneat (clausula enim praedicta aliam explicationem non patitur) facile perspicitur, qua ratione Nos, ut Elector Brandenburg. ad talem Electionem concurrere, et quo modo talem, his pactis et articulis alligatum Imperatorem respicere et considerare possimus. Universa Polonia Respl. et quisquis tum temporis Livoniae et Curlandiae Dominus fuerit, nobis sine dubio se sociabit, facileque inde intellectu est, qui inevitabiles motus hinc orituri sint, quaeque mala et fatales exitus Capitulatio talis in Imperio et extra Statibus procuratura sit.

A Ministro Regio Poloniae, Domino Kembeck, Livoniae Episcopo, cognosces, an hac de causa instructus sit, et operam dabis, ut te monente, promte, siquid ei commissi habet, exequatur, ut et Ministris Caesareis, decenti tamen moderatione hanc causam denuo propones, ut tandem, negotii gravitatem persentientes, de ejus ulteriori tractatione urgere desinant.



Articulus 10mus

Ultra haec debet, et vult Romanorum Imperator, nihil à Sacro Romano Imperio, et ad illud pertinentibus, non tantùm sine scitu, Voluntate et concessione Nominatorum Electorum, Principum, ac Universorum Statuum, abalienare, conferre, oppignorare, nec ullo alio modō avellere, aut aggravare, sed etiam ab eo, quod exemptionis avulsionis ab Imperio, causam praebere posit, abstinere; Specialiter verò ab exorbitationibus, Privilegijs et Immunitatibus. Imò potiùs summe in illud incumbere, ac omnem possibilem adhibere diligentiam, ut ea, quae sunt ab hoc Imperio abalienata, prouti sunt Oppignorati, ruinati Principatus, Provinciae, atq. Ditiones, confiscata, et inconfiscata Notabilia bona, quae in manus Extraneorum indebitē modō pervenerint, quàm citissimè efficere, ut restituantur, et restituta firmentur; Instituet pariter inquisitiones in hunc finem, et propter Spectantia ad Imperium sunt verò abalienata, et oppignorata Dominia, Feuda, singulariter in Italia, ac Sabaudia qualitatem abalienationis inquirere, et hujus procuratas notitias Electorali Moguntinae Cancellariae et reliquis Electoribus, Principibus, ac Statibus Imperij, intra annum post susceptum Imperatorium Regimen, indubitatè transmittere, et in hoc passu consilium, auxilium, assistentiam Electorum, Principum, atq. Statuum omni tempore adhibere, quae per illos pro consulto, convenienti, ac utilè semper agnoscetur, et complanabitur. Dumq. etiam Equestri Teutonico, et Joanneo Ordini, in et extra Imperium Notabilia bona detracta, et hucusq. detenta sunt, sic debet, et vult eorum restitutionem sedulè promovere attamen salvis pactis Vestphalicae pacis, et salvo cujusvis jure; Et licet ille ipse, aut aliquis suorum aliquid, quod Sacro Romano Imperio commodum quidem, sed non permissum, nec debito modo, ac titulo acquisitum esset, hoc vult sine mora in manus ejusdem Ordinis tradere.



Articulus Decimus.

Ulterius debet, et vult Romanorum Imperator nihil à Sacro Romano Imperio, ad illudq. pertinentibus, non tantum sine voluntate, scitu, et admissione Nominatorum ~~Archiducum~~, ~~Di~~ Electorum, Principum et Universorum Statuum, abalienare, legare, oppignorare, nec ullo alio modo avellere aut aggravare, sed etiam ab illo ~~efficere~~, quod exemptionis avulsionisab Imperio causam dare possit, specialiter ab exerbitationibus, Privilegiis et Immunitatibus, abstinere, ~~ideo~~ Imo potius summe in illud incumbere, et omnem possibilem diligentiam, adhibere, ut ea, quae sunt ab hoc Imperio ~~avulsa~~ abalienata, ut oppignorati, ruinati Principatus, Ditiones, Provincias, confiscata, et inconfiscata notabilia bona, quae in manus Extranearum Nationum injusto modo pervenere, quam citissime rursus efficere, ut restituantur, et ~~antiquo Statui~~ et restituta firmare. Etiam in eum finem, propter ad Imperium Spectantia, et abalienata, et oppignorata Dominia, Feuda, et bona, singulariter in Italia, Sabaudia, inquisitiones instituere, qualescunque ~~harum~~ ~~hor~~ abalienationibus, et has procuratas Significationes ~~in~~ Electoralem ~~ad~~ Moguntinam Cancellariam, et ad reliquis Electoribus Principibus et Statibus ~~offerre~~, intra annum post Susceptum Imperatorium Regimen, indubitate transmittere, et in hoc passu consilium, auxilium, assistentiam Electorum, Principum, et Statuum omni tempore adhibere, quod per hunc et illos consultum, et utile semper agnoscetur, et complanabitur. Dumque etiam Equestri Teutonico et Joannita Ordini, in et extra Imperium Notabilia bona detracta et hactenus detenta sunt, sic debet, et vult ~~suae~~ ~~totam~~ eorum Restitutionem Sedulè promovere, attamen salvis partis Respublicae pacis, et sine praejudicio cujuscunque juris. Et ~~sic~~ licet illae una cum suis nihil haberet, quod S. R. Imperio conveniens, et permissus, imo cum debito titulo acquirendus est, hoc ille vult sine mora in manus transferre.

~~Potest et~~ debet, et vult Imperator curare, omnia ad Imperium spectantia feuda, et jura in et extra ~~[illegible]~~ Germaniam, specialiter in Italia debite conservare, et in eum finem, in omni casu debite suscepta, et reprobata, et in omni injusto aggressu Feuda, et Feudatarios manutenenda sunt:

Fridericus Wilhelmus Rex Prussiae.

Majestatem V^ram^ celare non possumus, nobis diversis ex locis et Polonia relatum esse, ab aliquo ibidem tempore spargi, quasi nos Prussiam Polonae Ditionis hostiliter invadere, certasque ejusdem Civitates et Terras nostri Juris facere decrevimus, in quo id praecipue nobis acerbum evenit, quod huic Sinistro rumori divulgando, non leves solum homines, sed et distinctionis notae viri operam dederint, eoque ipsi malitiae processerint, eidem adjungere, quasi ratione talis, quod contra inclytum Poloniae Regnum meditaremur, belli, etiam jam solennem Manifestationem publicaverimus, illique eam ipsi inspexisse et habuisse venditarint.

Europa Principibus nemine excepto hucusq factum est Salvis tamen Reipublicae Juribus vigore Pactorum sibi reservatis, eumq in finem praestandis, a Serenissimo Borussiae Rege Assecurationibus et reversalibus expediendis.

(2°) Ut Sermus Rex et Inclyta Respublica Poloniae Serenissimo Borussiae Regi et Suae Celsitudinis Marchionis Brandeburgici, Alberti Friderici Uxori Principissae Curlandiae natae, nec minus Viduae olim Ducis Curlandiae natae Principissae Brandeburgicae, nunc Ducissae Viduae Saxo=Meinungensi in Praetensionibus quas Singuli quamvis ex diversis Capitibus et fundamentis suo tempore deducendis ad Ducem et Ducatum Curlandiae formant sine ulteriori mora Justitiam administrent, Quia quid in praejudicium harum praetensionum quarum Justitia Publicis Typis Universo Orbi exposita pleneq deducta et legitime probata exstat a Judicijs sive Polonicis sive Curlandicis factum fuerit, ut penitus

annihiletur, imprimis vero Acta Commissionis Polonicæ de Anno 1727º quo ad hunc passum, absq ulla restrictione annulentur, ac Partes Lesæ in integrum restituantur.

Quod si vero dubium aliquod in uno alterove Puncto superesit, ut placeat ~~Regi~~ Serenissimo Regi et Reipublicæ Polonæ convenire cum Sermo Borussiæ Rege de Commissione ab utraq parte instituenda à qua vigore Pactorum Stypulatorum Capita Litigiosa explanari et dijudicari possint.

3º/ Ut prætensionibus Sacræ Regiæ Majestatis Borussiæ in Bona olim Radziuiliana nunc Neo=burgica authoritate Reipublicæ Polon satisfiat.

4º/ Ut delectus vel Conductio = Militum in Regno Poloniæ Magni Ducatus Lithvaniæ et Provincijs Reipublicæ annexis vel Subjectis, vi Pactor Bydgostiensium Artic: XVº in posterum libera concedatur.

5º/ Ne transitus Salis Hallensis per Territorium Elbingense, ijsdem Satis non solum sed

et alijs

et alijs de quibus Poloniam inter et Borussiam convenit, et quæ in hodiernum subsistunt fundatus et stabilitus amplius impediatur.

6to Item ut finium Reipublicæ Polonicæ, cum Borussiâ, Neo=Marchiâ, et Pomeraniâ, communium regundorum Causa Communis quoq; Commissio quam primum instituatur. Ut.

7o Nova in Polonia et Lithvania erecta Thelonea et veterum Contra Pacta introductum augmentum penitus cessent, ad minimum Subditi Sermi Borussiæ Regis ijsdem non aggravent. Ut:

8vo Decretum ab Oeconomo Mariæburgensi occasione aggeris Szwacensis, non ita pridem latum utpote Sermo Regi Borussiæ maxime Damnosum, nullum declaretur.

Nec minus.

9no Prompte aggeres in Vistula ad Voltzam et Nogat reparentur ne Provinciæ Ditionis Borussiæ imprimis Hipoteca Elbingensis amplius periclitentur.

10mo Ut Subditi Sermi Borussiæ Regis in Poloniam transfugæ—

facta requisitione sine mora retradantur. et

11. Praevia restitutione damni illati ad rigorem Justitiae puniantur, qui hucusq in finibus Borussicis, Pomeranicis, et Neo=Marchicis crebris incursionibus caedibus et rapinis Subditos Serm^i Regis Borussiae infestarunt, pro futuro autem caveatur ne ausus et conatus ejusmodi temerarij in Praejudicium et detrimentum vicini fiant et tolerentur.

12.º Denique ut praetensionibus Comitum a Dohna Pace Oliviensi Artic XX fundatis post longam expectationem, et tanti temporis moram tandem aliquando ex Pane benemeritorum satisfiat —

Salva addendi facultate

[signature]

C.

Complement pierwszy do JW. mPana Rezydenta Brandeburskiego R. 23 February 1731 w Warszawie uczyniony przez Sekretarza

Celsissimus Dnus Episcopus Cracoviensis, tum Excellentissimus Dnus Palatinus Russiæ, cæteriq Illustrissimi Deputati ad Conferentias cum Magnifica Dnaone Vra destinati præmissis Officiis amicæ civilitatis petunt, quatenus ante omnia Responsiones directas Cathegoricas atq Satisfactivas, juxta Ultimatam declarationem in nuperrimis Conferentiis sibi consignatam communicare ex parte Aulæ suæ distinctim in Scripto velit, ut perlectis et ritè trutinatis iisdem responsionibus possint Mficam Dnaonem Vram de Loco et tempore continuandæ Ulterioris Conferentiæ certificare


D

Responsum à M. Dno Residente

Magnificus Dnus Residens defert respectuosa Officia sua Celsissimo Dno Episcopo Cracovien. Excellentissimo Domino Palatino Russiæ aliisq[ue]

Illustrissimis Deputatis

Referendo se se ad ea quae
immediate Scripsit, nempe
si super Punctis Praelimina
ribus convenire possit inter Il-
lustrissimos Commissarios. Quod
se obliget in Scripto dare Re-
sponsum super Punctis et
Gravaminibus ante Annum
a Celsissimo Episcopo sibi
privatim traditis, quando
ista parata fient. Cras scili
cet sive Die Dominico sub
spe quod a Magnifico Dno Re-
sidente itidem accipere digne
tur Celsissimus Princeps Gra
vamina et desideria



Ad Gravamina ab Illustrissimis Dominis, a Serenissimo Rege et inclita Republica Poloniæ ad hunc Congressum Deputatis mihi Inspa scripto nuper Communicata, sequentiam ~~hinc~~ respondere Jussus Sum

Territorium Elbingense Hypothecatum de quo Inclita Poloniæ Respublica maxime Sollicita videtur non adeo Cordi esse Serenissimo Borussiæ Regi Dño ~~Meo~~ Clementissimo, ut inde Amicitiam vicinæ Sibi Poloniæ (prout forsan quam Plurimi Reipublicæ Cives præmatura et Sinistra ~~i~~impressione sibi persvasum habent) negligendam censeret. Antequam autem ad Formales descendere Tractatus datum esset præliminariter et Necessario Regiam dignitatem ab universa Republica Solenniter agnosci. Insuper determinati debuisse per quem, et quibus modis quæstiones et dubia circa liquidationem obvenientia decidi et resolvi possint. Non equidem fugere Serenissimum Borussiæ Regem, quid Tractatus retraditæ Elbingæ occasione retraditio Eventualis Territorij in se contineat in eo mentionem nullam de liquidatione esse factam Eo autem tempore de ijs disponere quæ prævideri non poterunt, nec facultatem nec mentem fuisse. Interim de

illis

Ilis quid ex post facto se se exse
ruerint, Serenissimum Borussiae
Regem nullas nisi in confinitate -
Summae aequitatis et rigorosissi
mae Iustitiae ex Lege et Iure Totius
Universi praetensiones formaturum.
Quibus generaliter praemissis ad
Capita Specialia desideriorum
et Gravaminum Inclytae Repu
blicae Polonae accedendo tam in a:
prico est, Illustrissimo ac Reveren
dissimo Dno Episcopo Culmensi
nullam plane Iurisdictionem si-
ve Ius Dioecesanum in Pomesania
quae Sacrae Regiae Mttis Domini
Mei Clementissimi Imperio pa:
rere gestit. sive in alia Borussiae
Orientalis Provincia competere
ut res disceptatione non egeat.
Quemadmodum enim Pomesania
haec nunquam ad Episcopatum
Culmensem pertinuit, sed peculi
ares olim Episcopos habuit. Ita
Electori Ioanni Sigismundo
Anno 1611 Universam Borus-
siam Orientalem cum Omni
bus Foris ac Feudis Spiritualibus
bus et Secularibus ut expressa
sunt verba Diplomatis in Feu:
dum Concessam esse constat Pa:
cta autem Velavien postea Sae
Rae Mttis Avo Friderico Vilhel
mo Gloriosissimae Memoriae Su
premum Dominium et Sum-
mam atq absolutam potesta

tem

tem aperuisse, quæ nullam certe Jurisdictionem Episcopi Culmensis admittunt, cum illa quæ in his pactis speciatim de Episcopi Varmiensis Jurisdictione Spirituali in Parochum Regiomontanæ Ecclesiæ disposita leguntur, ad Episcopum Culmensem vel alias Ecclesias trahi nequeant sed potius omnem prorsus aliam Jurisdictionem excludant. Quod Templum vero Lipnoviense concernit, illud ad Evangelicos Lutheranos pertinere et his a prædictis olim Possessoribus, qui tunc temporis Romano Catholicæ Religioni addicti fuerunt contra expressum primordialis Privilegij tenorem, absq. prescitu Domini Territorialis ?? inique ademptum postea autem a S.a R.a Mtt.e Prussiæ optimo Iure restitutum esse in peculiari deductione Illustrissimo ac Excellentissimo Supremo Regni Cancellario, ante aliquot Annos exhibita validissimis Argumentis probatum est, ad quam itaq. mihi liceat brevitatis studio me referre.

Vigore Tractatus retraditæ Elbingæ Sacræ R.a Mtti Dno meo Clementissimo integrum Territorium Civitatis Elbingensis possidendi Ius competit. Propugnaculum autem

Bolwerk

Bolwerk - Schantze appellatum a Suecis olim Belli tempore extructum, non ad Civitatem a qua Uno Millian distat ejusq Fortalitium cui nihil prodest sed ad Territorium pertinet, in quo situm est undiq circumdatum esse locis, a quibus Sacra Regia Majestati Borussiæ census pendendi sunt, tum aquatici tum Terrestres. Quare eam statim post prædictum Tractatum una cum Territorio Ipsius Domino Parenti Beatissimæ Memoriæ tradi merito debuisset. In quo autem cum Tractatui huic satisfactum tum temporis non fuerit Rex Serenissimus Dnus Meus Clementissimus, illud deinde mox a Suecis mox a Russis et Polonis Possessum a Milite tandem Polono sponte derelictum optimo maximo Iure occupavit, nunc vero licet non magni sit momenti et in eo quatuor tantum vel quinque Milites Præsidiarij teneantur, in aliorum manus tanto minus concedere potest quanto majus præjudicium hoc Ipsius Iuri possessionis afferet.

Cum Domo Vigiliarum in Suburbio Elbingensi ita comparatum est ut Militum in Territorio Collocatorum Præfectus Dominium suam in certa quadam

Domo

Domo Suburbij habeat, in proxime vicina autem paucos Custodes Signorum Militarium teneat, Ambæ Domus ad privatos pertinent, quibus Locarium prout Ipse Judex Terrestris Elbingensis Membrum Magistratus hactenus ex Proventibus Territorij Ipsi cum in finem a Regio Præfecto Territorij assignatis Singulis mensibus solvere consuevit. Et in harum continua Possessione ab eo jam tempore cum Regius Miles Territorium occupavit memoratus Præfectus semper fuit, nemine antea unquam contradicente sivè Sveci sive Russi sivè Poloni sivé Saxones Elbingam possiderint, Imo Ipse Magistratus eas quoties opus fuit reparari curavit, Ita ut vix Com ~~para~~ prehendi queat, quare post tot annorum Decursum de eo Elbingenses conqueri cœperint cum tamen inde nihil periculi immineat Civitati nec ulli vel minimum afferatur detrimentum.

Ad reliqua Gravamina Elbingensium jam sæpius responsum est illa nullo niti fundamento Sacræ Regiæ Majestti Borussiæ Domino Meo Clementissimo nunquam in mentem venit. Commer

Cia

commercia inter Orientalem et occidentalem Borussiam impedire. Quod autem Sal trans marinum in Civitatem Elbingensem per aquam invehi hactenus prohibuerit, quod ex alia tamen parte plaustris invehitur, Sibi Ipsi adscribere debet Magistratus Elbingensis S.ae R.ae M.tis Salis Hallens. transvectionem contra Ius Gentium et tenorem Pactorum inter Regna Poloniae et Borussiae intercedentium denegare pertinaciter pergens a quo cum destiterit, via uti navali quae Ipsi merito est interclusa.

Omnes Territorij Proventus qui olim ad Inclytam Rempublicam Poloniae vel Civitatem Elbingensem pertinuerunt, vigore Tractatus retradita Elbingae S.ae R.ae M.ti Borussiae debentur.

Quamobrem Magistratui permittere non potest ut a Colonis quos crebrae inundationes jam satis enervarunt Novam Capitationem vel aliam Contributionem ad Stipendium Polonico Exercitui solvendum exigat, quae si ab Ipsis poscenda esset ad Sacram Regiam M.tem Borussiae potius pertineret, proprium Militem in Territorio ad ejus Protectionem et –

conservationem

conservationem alentem.

Ad Gravamina Illmissimi et Rndissimi Dni Episcopi Varmien quod spectat; Palmam cæteris præripere videtur, violenta hominum abductio eorumq ad Servitia Militaria coactio

Cum autem hæ Querelæ fere omnes ejus sint naturæ ut vel fundamento penitus careant vel alio et falso depingantur Colore per paucis exceptis ubi invito, inscio, imo prohibente Sermo Borussiæ Rege Dno meo Clementissimo ab avido Milite peccatum sit, circumstantiæ horum gravaminum Jussu Dni mei Clementissimi examini subjiciuntur, exindeq pro æquitate et Justitia medela expectanda est, atq hic etiam facile conjiciendum Summa affici injuria Serenissimum Borussiæ Regem si credatur, violentias vel Jussu suo vel conniventia approbari uti suo tempore clarius demonstrabitur, optandum interim esset ardentissimis votis ut a contigua Polonia, solidior Amicitia et melior viciniæ Cultus exerceretur, innumeri gemitus cessarent quibus subditi Borussi Brandeburgici cædes, rapinas, violentias inauditas, et exorbitantiores

tantiores

tantiores Insolentias a Polonis sibi illatas deflere coguntur. de quibus etiam Serenissimus Borussiæ Rex reservanda hisce quam Solenniter sibi reservat.

Quo ad piscaturam negari quidem nequid cum Illmus atque Rndmus Dnus Episcopus Varmiensis, et Uble Capitulum sæpius efflagitarent, ut genus retium Keutel vulgo dictarum, prohiberentur. quod perniciosum admodum esset atque Capturæ Piscium per Magnum afferret damnum, Sacræ Regiæ Majestatis ad Regimen Regni Borussiæ constitutos Status ad Ministros ipsorum tandem desiderio ante paucos Annos annuisse ac Istius modi retium usum Regijs interdixisse piscatoribus. Postquam autem deinde retia hæc non adeo nociva inventa sunt et eorum prohibitio promissam utilitatem non præstitit neque multitudinem piscium adauxit. Rex Serenissimus Dominus Meus Clementissimus varijs Commotus rationibus et præcipue favore Pauperum qui Magnos Pisces emere nequeunt aliquibus Piscatoribus Præfecturæ Balgensis

Ma

Illa certis tamen reservationi
bus denuo concedenda esse exi
stimavit. De quo Illmus ac Re
verendissimus Dnus Episcopus
atque Vble Capitulum Varmiense
conqueri nequeunt, cum illud
Piscandi genus iam in Pactis de
Anno 1466 inter Dnum Casi
mirum Regem Poloniae et Do
minum de Erlichshausen Ma
gistrum Ordinis necnon in Con
ventione inter Dnum Frideri
cum Ducem Saxoniae et Magis-
trum Ordinis ac Dnum Lucam
Episcopum Varmiensem ejusque
Capitulum Anno 1503 initam,
fundatum Ordinique expressis
verbis reservatum sit, Piscato
res quoque Regii in continua ejus
Possessione usque ad supra memo
ratam et libera voluntate Ao
1728 factam prohibitionem
semper fecerint.

Quod autem Regiis Piscatori
bus in aquis Propriis Illmi
et Reverendissimi Domini
Episcopi ac Vblis Capituli pi
scari liceat id documenta evin
cunt, Specificationi Gravami
num Episcopalium adjuncta
in conventione enim inter Do
minum Fridericum Ducem

Saxoniae

Saxoniae Ordinis Magistrum
et Dnum Episcopum Culmen-
ejusq Capitulum non solum
Captura Sturionum in aquis
Communibus Soli Ordini tri-
buta est reservata, et simul
piscatione Keytelaria sed in
illa disertis etiam verbis dispo-
situm legitur, quod tam Ordi-
nis quam Episcopi et Capituli
Subditis tum in Communibus
tum in aquis Episcopo et Capi-
tulo propriis, omni modo et ab-
sq omni Impedimento uti an-
tea, ita et in posterum pisca-
tura permitti nec ejus intui-
tu ullo unquam tempore vel
minimum innovari deberet.
Id quod etiam jam toties co-
ram diversis Commissionibus
Illustrissimi ac Rndissimi Dni
Deputatis uberius demonstra-
tum est. Nihilominus ta-
men Sacra Regia Majestas
Borussiae quavis semper oc-
casione erga Illustrissimum
ac Rndissimum Dominum
Episcopum voluntatem et
studium ostendere cupiens,
Ipsi jam Die 18 Junij per Re-
gimen Borussicum significa-
ri curavit passuram se esse
ut Commissarij utrinq denomi-
nandi

nandi rem denuo examina-
rent atq[ue] secundum Ius et Iu-
stitiam componerent, praedi-
ctum vero Regimen nullam
ad eas Literas hactenus acce-
pit responsionem. Dubium
non est quin Ipsi Ill[ustrissi]mi D[omi]ni
Deputati admirentur Brans-
bergenses Teloneum Tollavi-
ense nunc impugnare aude-
re incipere tamen Possessio
per S[acram] R[egiam] M[aies]tatem Borussiae
ejusq[ue] Antecessores jam ultra
Tria Secula fuisse neminem
latet in Borussicarum rerum
Historia Actisq[ue] Publicis Medio-
criter versatum. Frustra Illi
eum in finem ad Privilegium
Incorporationis provocant,
in quo quidem Rex Casimirus
Anno 1454 Borussis Occiden-
talibus, qui tunc temporis à
Cruciferis ad Ipsum defecerant
rant ad demulcendos Eorum
animos plenariam Exemptio-
nem ab omni Teloneo sive
antiquo sive novo promisit
qua tamen Illos nec quidem
in Ipsa Borussia Occidenta-
li hodierno tempore gaudere
satis Manifestum est. Sed
quid Hoc ad Borussiam Ori-

gentalem

Orientalem quæ in Antiqua Fide et obsequio erga Pristinos Suos Dnos permansit quos tali Privilegio nullatenus obligari potuisse, quilibet facili Negotio judicabit cum Nemini extra Territorium hic at Jus dicere vel Privilegia concedere. Tantum autem abest ut Pacta de Anno 1466 inter Regem Casimirum et Magistrum Ludovicum de Erlichshausen ac de Annis 1525 et 1529 inter Regem Sigismundum Imum et Marchionem Albertum quidquam contineant. Quod S. R. Mtti Borussiæ intuitu Portorij Pillaviensis contrarium Sit ut hujus antiquitatem potius Justitiam et æquitatem evidentissime demonstrent. Theloneum enim quod in Portu Pillaviensi solvitur qui in Locum priori Portus prope Castrum Lauchstette per immunem Terræ Marisq. motum Sabulo obstructo novo Naturæ Beneficio successit. Jam in prædictis Pactis de Anno 1466 antiquum Theloneum vocatum et eo quoq. tempore cum Ipso pro

fundo

profundo et piscatura Stu-
rionum a Rege Poloniae Ma-
gistro Ordinis expressis Verbis
relictum legitur. Quod subse-
quentia etiam Pacta de Anno
1525 et 1529 confirmarunt.
Equidem non video qua ratio
ne Pacta Induciar Anno
1635 d. 20 7bris Styli Novi
inter Regna Poloniae et Sueciae
Stumsdorffii inita contra Sa-
cram Regiam Majestatem Bo-
russiae allegari commode pos-
sint, attamen in iis nihil etiam
invenio quod Braunsbergen-
sium intentioni faveat sed
potius inter pacis Conditiones
etiam fuisse animadverto,
Pillaviam una cum Portu et
Thelonio Electori Brandebur-
gico immediate restitui debere
eodem Iure quod ante Illud
Bellum habuerat possiden-
dam. Non Majoris auxilium
Braunsbergiensibus praestant
Tractatus Grodnens in quibus
Vectigal Pillaviense expresse
denuo est confirmatum allega-
ta autem ex iis verba quae
Elbingensium faciunt men-
tionem ad Braunsbergenses
nullo modo pertinent. Et
quod Pacta tam Vellaviensia

Sacra Regia Majestate nul-
latenus adversantur sed omni-
modo patrocinantur in omnium
oculos statim incurrit.

Quod ad Gravamen Spectat
quod Edictum sit Theloneum
testantur Bransburgenses
nunquam tam modicum ve-
ctigal solvisse, quam in Li-
bris Mercorum se invenisse
simulant. Exigua autem Il-
la quae circa revisionem fa-
cta est mutatio propriè, non
ut Auctio consideranda est.
sed in eo praecipue consistit
quod Loco Solidorum Impe-
rialium in Specie ut ajunt
currentis Moneta unus In-
troductus et taxa statuta
sit magis proporcionata
secundum quam pro qui-
busdam Mercibus minus
jam solvitur quam antea
pendi solitum fuit. Quare
hac de re Bransburgenses
tanto iniquius queruntur
cum Ipsos mutationibus
se oporteat submittere quae
Gedani circa Theloneum sin-
gulis quasi Annis pro li-
bitu Magistratus fiunt,
cum quo tamen unam ean-
demque agnoscunt Jurisdictio-
nem

nem. Ad Gravamen Exactionis Thelonei Fluvialis Strohm Geld. dicti concernens multa hic regere supervacaneum videtur cum in declinatione fu-ris certa et indubitate Regiæ Majestati Borussiæ abolitionem Theloneorum Poloniæ et Borussia occidentali noviter introductorum vel auctorum postulandi Anno 1718 typis exscripta satis luculenter probatum sit Theloneum hoc in Pactis omnino esse fundatum nec novum ulla posse ratione nominari — Illud tamen silentio præterire nequeo, Braunsbergenses contra rei veritatem asseruisse acsi Theloneum illud indistincte de omnibus Mercibus imposita beneplacitum solvere tenerentur ———

In eo enim duntaxat casu hoc Theloneum ab ijs exigitur quando ejusmodi Merces vel Braunsberga vel ex alijs Civitatibus invehunt quæ regulariter Dantisco per Mare vel Habum mitti solent Regiomontium. Quodsi autem res inferunt quas proprium Eorum solum producit Exempli gratia Vinum et Frumentum

in quibus maximum illorum cum Regiomontanis consistit commercium. vel si tales Merces quæ antea per Mare Invectæ sunt et pro quibus Vectigal Marinum jam Solutum fuit ut pote Aromata, Vinum, Ferrum, Falces etc: Regiomonto Brandsburgam exportant ad nullum plane Theloneum solvendum adstringuntur. sed ab eo penitus sunt immunes.

Quæ de Inspectione in Doctrinam mores et vitam Parochi Regiomontani et Jurisdictione Spirituali in Eum exceptis tamen casibus in Jure Canonico expressis Domino Episcopo Varmiensi competenter pacta disponunt Religiosissime semper a Sacra Regia Majestate Borussia observata, Necnon Parocho cui in præsenti nova etiam Habitatio Regijs Sumptibus exstruitur, et Ecclesiæ omnia quæ Ipsi vigore Pactorum debentur præstita accurate sunt et Soluta.

Quando autem Illustrissimus et Rndissimus Dnus Episcopus Varmien præter ea quæ in enemorato Instrumento Ipsi non tanquam Ordinario sed viciniori Episcopo quæ expressa sunt verba Solius Ecclesiæ Regiomontanæ respectu, concessa est aliam quoque Jurisdictionem

in Borussia

Ecclesiarum Filialium solus dicere velis ne unicum de hac Materia Exemplum proferens nec proferendi Causam habens omnes Ecclesiæ Filiales in pristino statu adhuc in Hodiernum diem existentes, ob quam Causam Clementissimus Rex Borussiæ optimo Iure commotus translocationem hujus Magistri Litigantis et motus excitantis instantissime urget ne ab uno Homine privato in Republica inutiles Turbæ excitentur.

Quod ad postulatum tandem attinet ut omnes res in eum Statum restituantur in quo sub Imperio Sacræ Regiæ Majestatis Domini Parentis Beatissimæ memoriæ fuerunt. Serenissimus Rex et Inclyta Respublica Poloniæ contra Pacta Velaviensia aguntur Sacræ Regiæ Majestati Borussiæ Leges quasi præscribere cupientes quomodo Sibi Subditam Borussiam regere debeat quam Vigore prædictorum Pactorum Iure Supremi Dominij sui in Summa atque absoluta potestate

possidet et ex qua nulla ad Sacram Regiam Majestatem et Inclytam Rempublicam Poloniæ deferri possunt nec unquam delatæ sunt querelæ

E contrario autem Sacra Regia Majestas Borussiæ expetit ut Suis jam sæpius Serenissimo Regi et inclytæ Reipublicæ Polonæ expositis desiderijs locus tandem reliquatur et in Specie

1mo

Ne Ipsi Transvectio Salis Halensis per Elbingam et locum Drausen contra Jus gentium et Pacta amplius denegetur.

2do

Ut Thelonea in Polonia vel Borussia Occidentali cum Summo Sacræ Regiæ Majestatis Subditorum detrimento vel noviter introducta, vel adaucta, tandem aboleatur.

3tio

Ut Gravaminibus Mercatorum Regni Borussiæ commercium concernentibus satisfiat.

Exposita illa jam Sunt Anno 1719 in peculiari Scripto Typis evulgato; Sed tantum abest, ut ijs medella sit alla

allata ut ea potius per Ipsa Constitutionem Grodnensem insigniter sint adaucta, per quam Anno 1726 obligationes, Cambia, sive Assecurationes Polonorum et Lithvanorum alijs Poloniae et Magni Ducatus Lithvaniae Incolis cujuscunque sint Status et Conditionis a vicinis Gentibus cedi vetitum est.

Notum enim est quod Mercatores Borussiae Argentalis, Polonis et Lithvanis nisi omne cum Ijs rumpere velint Commercium ingentes saepe Summas credere teneantur, eas vero ancorosis Debitoribus qui post amissam omnem fidem Borussiam tandem penitus evitare solent in Polonia et Lithvania per viam Juris repetitam infinitis difficultatibus et Processuum ambagibus cum maxima temporis et Pecuniae jactura involvantur. Quare ijs in casibus hoc uti medio consueverunt ut obligationes et Assignationes quas in manibus habuerunt alijs Poloniae et Magni Ducatus Lithvaniae Incolis

cederent

cederent. Quod vero cum-
Ipsis per Memoratam Con
stitutionem est ademptum,
illud autem in insigne Com
merciorum detrimentum ver
gat, Sacra Regia Majestas
Borussiæ a Serenissimo Rege
et Inclyta Republica Poloniæ
petit ut eorum rationem ha
bentes prædictam Constitutio
nem per aliam vel tollerare
vel tali modo declarare velint
ne Borussis porro sit præ
judicio. Deinde quoq Mer
catores Borussiæ queruntur
quando via Juris ipsis in Po
lonia et Lithvania proceden
dum est plures ab Ipsis qm
ab Indigenis exigi Sportulas
et Prothocolla Judicialia Ipsis
atq attestata de Ingrossatis
Hyppotecis denegari. inpri
mis vero Commercia Lignorum
eo valde difficilia reddi quod
ab unoquoq Nobili per Cujus
Bona vehuntur ligna largi
tione Transitum redimere ipsoq
Tributum etiam Mostowe-
Brücken Geld. dictum
a quo Indigenæ sunt immu
nes etiamsi nulli Ibidem sint
Pontes solvere cogantur
Quæ omnia remedium requirunt.

4°

4to

Sacra Regia Majestas Borussiæ postulat ne sibi Subditi sub quovis frivolo prætextu ut creberrime hactenus factū est in Polonia et Lithvania detineantur.

5to

Tot invasiones hactenus a Vicinis Polonis et Lithvanis in Borussiam sunt factæ, totq violentiæ, deprædationes, alijq excessus enormes contra Sacræ Regiæ Majestatis Subditos tum in Polonia tum Ipso Regio Territorio commissi, ut si singulos enarrare casus aggrederer in vastum volumen Scriptura hæc excresceret. Crebræ de ijs Querimoniæ delatæ sunt, et ad Iudices Ordinarios et ad Ipsum Serenissimum Regem inclytamq Rempublicam Poloniæ verum nec ullum fere exemplum exstat quod Istiusmodi repræsentationes vel minimum hactenus effectum habuerint. Sed immunitate potius finitimos Polonos et Lithvanos ad pejora semper perpetranda lacessitos esse experientia docet.

adeo ut novissime Instigatori Praefecturarum Hegdenburgenses et Soldavienses istiusmodi malefactores Coram Judicio Terrestri Mlaviensi in Jus deducere jussivim ac manum contra omnium Gentium Jura inferre non dubitaverint Nobiles Poloni qui Ibidem congregati fuere. Quamobrem Sacra Regia Majestas Dominus Meus Clementissimus efflagitat, ut sibi suisq. Subditis pro istiusmodi invasionibus violationibusq. sui Territorij rapinis, caedibus, imo incendijs alijsq. excessibus permultis justa procuretur satisfactio. et in posterum Regni Sui Incolae ab ijs praestentur — immunes et securi.

6to

Expetit ut Controversiae de finibus per utrinq. constituendos Commissarios terminentur et interea temporis ne Poloni et Lithvani Borussos in Possessione sua turbare pergant.

7mo

Subditos extradi qui aufugierunt, Pacta Jubent; Sed nullam habent rationem Pactorum

vicini

vicini Poloni et Lithvani qui
non solum profugos extrade
re continuo recusant sed sæ
pissime etiam Regi Subditos
ad aufugiendum varijs modis
invitant eosq cum omnibus
utensilibus ē Borussiâ deducunt
cunt. Et cum Iustitia contra eos
hactenus obtineri non potuerit
Serenissimus Rex et Dominus
meus Clementissimus desiderat
ut omnes Illi profugi quorum
Ingens multitudo in Polonia
et Lithvania reperitur absqs
ulteriori defficultate extradan
tur et nemini in posterum tam
impune Pactis contravenire li
ceat.

8vo

Ut delinquentes qui ex Borus
sia post perpetrata delicta
aufugierunt requirentibus
Judicijs extradere Nemo se
difficilem præbeat, veluti com
muniter fieri solet.

9no

Posiit ut Promontorium Mon
taviense repararetur, cujus
Neglectio insigne hactenus dam
num multis agris in Borussia
Origentali sitis, ut et Territorio
Elbingensi intulit, hujusq redi
tus valde diminuit.

10mo

Ut Capitaneatus Graudentinensis

aggeres Wolkenses reparare et in bono semper statu conservare ulterius non intermittat damnum vero quod ex neglecta eorum reparatione Borussiæ Origentalis Incolæ passi sunt resartiatur Regiq Sumptus restituantur quos ad majus a Suis Subditis avertendum malum in illorum refectiones varijs vicibus erogavit.

XI^mo

Sperat Sacra Regia Majestas Borussiæ intercessionibus Suis pro Dissidentibus in Polonia locum relictum iri, ut: et:

A 12mo

Inclytam Rempublicam Poloniæ Ipsi titulum non amplius sine Causa denegaturam esse, quem Ipsi Serenissimus Rex Poloniæ et omnes Europæ Principes tribuunt.

13^tio

Venerabile Consistorium Gedanense ante aliquot Annos sibi præsumpsit Magistratum Leoburgensem ratione injuste prætensæ violatæ Iurisdictionis Ecclesiasticæ propter publicationem certi Decreti Matrimonium dissolventis, a facultate

Iuridica

Juridica Regiomontanij lati in Jus vocare cumq non attentis ejus in Jure fundatis et legalibus exceptionibus Fori declinatorijs provocationibus ad Sacram Regiam Majestatem Pruthenicam, tanquam ad immediate suum legitimum Dominum ac Judicem competentem. Demonstrando causas Matrimoniales quidem vi pactorum Illustrissimo atq Excellentissimo Episcopo Vladislaviensi reservatas prætensam vero Jurisdictionis Ecclesiasticæ violationem per se non Causam Matrimonialem esse, neq Jura permittere in propria causa se Judicem constituere sed istius Causæ dijudicationem absolutè ad Sacram Regiam Majestatem spectare; In summum Sacræ Regiæ Majestatis contemptum et maximam prænominati Magistratus ignominiam Anathemate Spirituali ferire, et Anathematicum Decretum per omnes ferme Parochias in vicina Polonia de suggestibus publicari fecit, nec ullomodo quamvis injuste latum annihilare voluit ———

15°

15to

Reverendissimus Modernus Praepositus Leoburgensis statim circa primordia Officij Sui ausus est multa nova attentare, Transactiones et antiquos Contractus inter Magistratum Leoburgensem et Ejus Praedecessores erectos et conclusos et ab Illustrissimo et Excellentissimo Vladislaviensi et Pomeraniae Episcopo Domino Mathia Lubienski piae memoriae corroboratos, per Pacta Conventa ex post facta et Subsequentem Traditionem harum Ditionum stabilitos, et hucusq à Reverendissimi Moderni Praepositi Antecessoribus et a Magistratu praememorato sancte servatos destinate violare, dum non solum in atrocissimum Dissidentium Scandalum Catholicorum funera non attentis Magistratus dehortationibus processionaliter et cum portatione Vexillorum alijsq Ceremonijs hic loci inconsvetis Defacto sepelit, verum etiam adjuvantibus Ejus Vicarijs Simplices et miseras Ancillas aliasq Mulierculas decrepitas a Sancta fide Augustanae Confessionis ad Catholicam Religionem amplectendam partim

donis

donis quoq vi et metu seduci
et in Poloniam transmitti.

16to

Idem Reverendissimus Præ
positus non veretur in Paro:
chia Roslasinensi ad ejus Præ
posituram spectante in sum
mum præjudicium Regiarum
Cauponarum Cauponariã exer
cere, et in Regali Regia coquendo Ce
revisiam et vendendo Crema:
tum violare et turbare

17mo

Clerus Polono Catholicus quod
injustissimum a longis annis
assvetus est profugos Subditos
Sacræ Regiæ Majestatis Pnthe
nicæ ex utroq Districtu tam Leo
burgensi quam Butoviensi
in suam protectionem recipe
re eosq ad requisitionem Regio
rum Ministrorum non extrade
re inde non minima depopula
tio Regijs Provincijs de die in
diem accrescit

18vo

Moniales Venerabiles Mona
sterij Zarnoviensis conatæ —
sunt non tantum alveum
inter Poloniam et Districtum
Leoburgensem Limites deter
minantem genuino suo No
mine Riasniza dictũ de facto

sufflaminare. Cursum Aquarum porctis in eo obstaculis impedire sed etiam quod gravissimum Generosos Dominos Deputatos a Iudicio Tribunalitio Leoburgensi simulq Butoviensi Ablegatos et violentiam ab Ipsis perpetratam inspicerent et viderent, Congregatis multis Polonis Armata manu rejecere

19mus

Nobiles Poloni Pagum Streblin in Pucensi Districtu proxime ad confinia Districtus Leoburgensis situm incolentes, ingentem et irresarcibilem jacturam Semper Sylvis Regijs Schweslinensibus excecando optimas arbores, tam quercinas quam faginas, necnon deglubendo earum cortices, inferunt et intulerunt, nulla satisfactione unquam data.

20mus

Nobiles Poloni ex Pago Selau pariter in Districtu Pucensi proxime ad confini

confinia Districtus Leoburgensis sito, a multis annis cum Incolis Ruthenicis ex Pago Selnau ratione Limitum controversias foverunt, dum illi Limites suos usq ad agrum prædicti Pagi Selnau ducunt, hi autem affirmant, antiquos et veros Limites rivum per Paludem ibidem currentem determinati: Unde factum ut a præmemoratis Nobilibus jam Duo Subditi Regij ex Capitaneatu Leoburgensi de facto interempti sunt, nulla statuta Inquisitione nullaq data satisfactione, modo autem adeo audaces et feroces sunt, ut Regij Subditi ibidem sua non gaudent competenti securitate

21me

Nobiles Poloni ex Pago Plissen in Districtu Schluchoviensi sito, proxime ad confinia Districtus Butoviensis, a multis annis ausi sunt Incolas Butenicos mirifice divexare, usurpare, necnon varias violentias inferre, quæ in imo Juribus Regalibus non parcere, dum pro Libitu vi et potentia violentiaq Sylvas Regias non attentis prohibitionibus Regijs invaserunt easq excidendo amputandoq optimas arbores

devastarunt et adhuc devastant. Sylvicolas Regios econtra eos pignoraturos verberibus graviter exceperant et adhuc excipiunt.

B/ Iidem Nobiles Scrofas suas quotiescunque glans datur pro Libitu in Sylvam Regiam sine ulla remuneratione semper de facto immiserunt et adhuc immittunt pignoratas, ex adverso vero vi et violento modo surripuerunt et adhuc surripiunt, utique tam audaces et feroces se gerunt ut Regiorum Incolarum scrofas ex Regia Glande intercipiunt et ad suas Aulas pellunt, easque non prius demittunt donec numerus pignorationis persolutus sit quamvis nullum Ius pignorandi habeant.

V) Iidem Nobiles Anno 1725 Sylvicolae Regij Mathiae Schultz ij ad Locum Regium Camentz dictum habitantes domicilium non solum vi ingressi sunt, eique Duos Boves et optimam ejus Bombardam violenter abstulerunt, verum etiam omnia sua Jumenta in certum ejus Agri Campum Octodecem modijs Siliginis conseminatum immiserunt et omne frumentum de

pasci

depasci fecerunt, ex eo quod Canem in Regio saltu feram persequentem bombarda interfecerit nulla adhuc data Satisfactione

(d) Idem Nobiles non tantum in modo dicto Lacu Regio Contentur Ius piscandi quod nunquam habuerunt tempore æstivo sibi arrogare et in eo non observatis prohibitionibus Castrensibus de facto piscari conati sunt, sed etiam omnibus modis Piscaturam hyemalem Regiam desecando amputandoq; Retium Regiorum nocturno tempore in aquam ne congelentur submersorum funiculos Piscatorios, frivole et malitiose impediunt.

E) Idem Nobiles Anno 1725° violento modo destructis prius per vim circumseptis pratis Regiis penes Villam Pyaschen omnia Sua Iumenta in ea immiserunt omneq; gramen depasci mandaverunt. Pignorata e contra effractis Stabulis, armata manu abegerunt et Arendatorem Regium ejusq; Famulos truculenter percusserunt et verberibus exceperunt nulla accepta satisfactione nullaq; damni restitutione

Z Idem Nobiles in eodem Anno Arhendatori Regio ex præfata Villa vervecem de Campo Regio et ante Triennium

ejusdem Anni Rustico Ibidem
Plosch dicto acervum fœni quin
que vehicula in se continentem
de pratis Regijs de facto surripue
runt nulla subsecuta satisfactio
ne nec damni refusione

7) Iidem Nobiles profugum Opili
onem ex Pomerania et quidem
ex Pago Neuholzeglau tempo
re authumnali Anni 1725 in
suam receperunt protectionem,
Nobilem Pomeranum ex Adver
so de Colrep profugum perse
quentem, eumq cum clandestinè
abactis ovibus in Fundo Regio
Butoviensi prope villam Regiam
Gross=tuchen apprehendentem
armata manu aggressi sunt
structisq in Eum ejusq famu
los acinacibus explosisq sclo
petis repulerunt, et oves clande
stine abactas in Poloniam trans
tulerunt

8) Iidem Nobiles adiuvantibus et
assistentibus Nobilibus Lipnicen
sibus in Authumno 1725° civem
et Lanionem Costinensem ex
Polonia, suis cum vervecibus ibi
dem emptis, venientem et in Po
mesaniam Proficiscentem, pu
blica in via, contra confinia Bu
toviensia, armata manu absq
ulla causa aggressi sunt, eum
ejusq famulos truculenter verbe

ribus

nibus exceperunt et in Poloni
am abegerunt

22do

Incolæ Capitaneatus Parachovi
ensis in Polonia siti non minus
quam præfati Nobiles conati sunt
violento modo Sylvas Regias inva
dere et ex ijs optimas et ad fabri
candas asseres idoneas arbores
Pineas excindere necnon Sylvar
Inspectorem Butoviensem eos
pignoraturum verberibus trucu
lenter excipere quinimo bom-
bardam secum habentem ipsi
violenter surripere. Qua de vio-
lentia quamvis apud Capitane
um conquestus, tamen inau-
ditus dimissus nulla satisfactio
ne et restitutione Bombardæ
obtenta

Salva addendi potestate subscribit.

C G Hoffman
Sermi Bor: Regis
Residens Plenipotentia-
rius apud Regem et Rem
publicam Poloniæ

Brevis Consignatio Gravaminum recentiorum occasione violentiarum a Polonis Subditis Serenissimi Borussiæ Regis illatarum quibus ad medelam afferant Illustrissimi et Excellentissimi Commissarij a Rege et Republica Poloniæ ad præsentes Conferentias Deputati officiosissime exposcitur

1/ Urgetur responsio et resolutio ad Triplicia Memorialia a me infra nominando jam ante Bimestre spatium Excellentissimo Dño Regni Procancellario tradita, eorumq intuitu expetitur, ut Inhibitorium (α) contra Celsissimum Curlandiæ Ducem modernum in causa litigiosa quæ Ipsi cum Ducissa Saxo=Meinungensi intercedit expediatur. (ν) Satisfactio procuretur, a Nobili Przecissewski ob invasionem in Saltus Dzialdovienses factam præstanda

B 2) Annus fere præterlapsus est quo status Causæ Lic Copialiter adiacens Excellentissimo Dño Cancellario Literis Commendatus, ab eo vero ad Excellentissimum Palatinum Culmensem remissus est, qui itidem Literis ad me eam ob Causam scriptis Causam ad se non pertinere existimavit merito

igitur

igitur insistitur quatenus Nobilis Dargielouski authoritate Regia et Reipublicæ adigatur ne contra Pacta Publica Welavi ensia in Prejudicium Serenmi Borussiæ Regis et suor. Subditorum quid attentare præsumat et Tribunali injungatur ne se hujusmodi Causis immisceat.

3) Translatio Plebani Temploburgensis hominis inquietissimi et novitatum studiosissimi sicuti privatim jam apud Excellmum Episcopum Posnaniensem factum, ita publice nunc solicitatur.

4) Nobiles Poloni Pagum Guisen Starostiæ Schlochoviensis inhabitantes Mense Martio a: p: irruptionem fecerunt in Saltus et Sylvas Butovienses ibiqꝫ Lignis cæsis violentias Cruentas in Custodes Sylvarum exercuerunt, insistitur ergo, ut ex Norma et rigore Legum puniantur.

5) Colluvies Hominum Nequissimorum et prædonum qui Nomine Zyganorum veniunt hucusqꝫ receptacula sua et refugia in Territorio Inclytæ Reipublicæ Polonicæ, circa Oppida Birnbaum Schneidembuhl et Stegielitz præsertim vero in Bonis Feminæ Nobilis

Iwanska dicta quae in Krompst habitat invenerunt, unde invasionibus in ditiones Sermi Borrysiae Regis factis Subditos Brandeburgicos quam saepissime infestarunt uti mense Majo A.P. accidit Praefectui Vigiliarum ab Oldenburg studenicijs in Neomarchia habitanti cui Cohors ejusmodi Zyganorum pretium 146 Talerorum eripuit. Expetitur ut Turba Ista Praedonum finibus expellatur Polonicis et in foeminam Nblem Iwanska graviter et serio animadvertatur.

6/ Palatina Vilnensis Comitissa Sapieha in Bona sua non solum recepit rusticum Subditum praefecturae Ragnitanae Georgium Totilactis cum Uxore et Filijs sed permisit etiam ut Cohors nequissimorum Hominum, irruptione in Ditiones Borussicas facta et pecoribus cum Supellectili supra memorati Totilactis surreptis cum praeda Sua asylum inveniret. Petitur ut supradicta Palatina adigatur quatenus praestet quae Pacta stipulata hoc in casu loquuntur.

7/ Subditi Bini Praefecturae Ortelsburgensis nomine Andreus Bawalib et Iacobus Kammajam ante Annos octo in Starostium

Lomzen

Lomzensem fugitivi se recepe
runt qui cum reclamarentur
Excellentissimus Dominus Re
gni Supremus Cancellarius
Szembek, initio quidem permit-
tere visus est, postea autem de
negavit Extraditionem, hoc usus
praetextu quod absq Consensu
Regio, talia concedere non pos-
set expetitur Ergo ut Authori-
tate Serenissimi Poloniae Regis
et Reipublicae haec subsequatur
extraditio —

8/ Vidua Rustici subditi Norkai-
tis dicta in Starostiam Lithva
nicam Jurburg dictam fuga se re
cepit, unde Administrator Staro
stiae Krassowski cum suis Ho
minibus et 60 Trahis invasio
nem fecit in Territorium Sere
nissimi Borussiae Regis atq in-
de omnem rem familiarem
supradictae Norkaitis violenter
abstulit. In vim Pactorum Publi
corum insistitur ut Rustica illa
retradatur, atq Krassowski ubi
promeruit puniatur

9/ Connivente Bilewitzio Judice
Terrestri Samogitiensi Cohors
Zyganorum rapinas suas et
excursiones in Terras Borussi-
cas exercet, jussu Serenissimi Poloniae
Regis et Reipublicae Authoritate
inde expellenda —

10) Idem Bilewitzius Militem Joannem Ernestum Sperber Legionis Roedenianæ innocentem Mense Augusto a: P: carcere, fame et verberibus fune applicatis vulgo Postronek misere dilacerare jussit, de quo justa prætenditur satisfactio.

11) Sint differentiæ circa Limites inter Præfecturam Driesen et Territorium Polonicum Filhene quarum compositio per communem Commissionem urgetur.

12) Mense Martio Anno 1728vo Capitanea Buclensis Szembek dicta Locumtenentem a Bredo Legionis Lottuminæ in Oppido Schenlang eam ob causam arestari jussit, quod Subdito Serenissimo Borussiæ Regis nomine Freymarg in prædicto Oppido habitanti, stipendia apud Naturalem Dominum suum mereri persvaserit. Nec prius dimissus est modo memoratus Bredo donec Sexcentos Taleros exolverit. Urgetur restitutio istius mulctæ indebitæ, extraditio supradicti Freimarg Subditi Borussici et animadversio severa in Capitaneam Bulensem.

C.G. Hofman

Copia

Illustrissimæ atq Reverendissimæ Celsitudinis Vestræ
Die 20 Novemb: a:p: ad Nos perscriptæ Literæ ad-
quas ulteriorem Nostram Responsionem ante ali
quot Menses promisimus, tria continent Capita quo
rum primum Jurisdictionem Ipsius quam per
irrogatam Jesuitis Lendensibus mulctam putat
esse violatam, Secundum vero Piscationem Keyte-
lariam, Et tertium piscaturam concernit quam
Regij piscatores in Ipsius et Venerabilis Capituli -
aquis proprijs hactenus exercuerunt —

Quod ad primum attinet jam in praecedentibus Nostris
Literis generaliter declaravimus, Sacram Regiam
Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum
nihil magis expetere, quam ut pacta, quæ sibi cum
Serenissimo Rege et Inclyta Republica Poloniæ in
tercedunt, ab utraq parte Sanctissime serventur et
ad eorum normam omnia dirigantur. Nos quoqs
in observando eo, quod hæ de Illustrissimæ atqs
Reverendissimæ Celsitudinis vestræ Jurisdictione
intuitu Ecclesiæ Romano Catholicæ Regiomonta
næ disponunt admodum solicitos semper fuisse, quin
Ipsa Illustrissima atq Reverendissima Celsitudo ve
stra libenter confessura sit, non dubitamus, aliam
autem Jurisdictionem Illustrissimæ atq Reveren
dissimæ Celsitudinis Vestræ, in Regno hoc vigore
Pactorum competere ignoramus. Illustris et Admo
dum Reverendus Dominus Heer quidem Tria loca
ex Actis allegavit publicis, quibus Illustrissimæ atq
Reverendissimæ Celsitudinis vestræ intentionem stabi
lire studuit. Verum quæ ex Actis et Decretis Commis
sionis de Anno 1609 cujus Caput Episcopus Var

miensis

fecit, ab illo adducta sunt, nullam Varmiensis Episcopi sed Sambiensis et Pomesaniensis, qui tamen ab illo semper fuerunt distincti mentionem faciunt et nihil aliud continet, quam Regis Poloniæ desiderium. Elector tum temporis et Statibus Borussiæ Orientalis propositum, quod eo tendebat ni Episcopati Nomine et Authoritate Evangelici Ministri, sed Romano Catholici Episcopi Sambiensis et Pomesaniensis constituerentur. Cui postulato autem Elector et Status Borussiæ annuere recusabant, abjicientes contra Pacta, et primam infeudationem, talia expeti et consequenter concedi non posse. In qua Responsione etiam tum Commissarij tum Ipse Rex Sigismundus acquieverunt —

Quæ autem ex Responso Regis Poloniæ de Anno 1616 citata sunt verba, cum Pacta priora supponant vel de eo quod in Pactis de Anno 1611 intuitu Romano Catholicæ Ecclesiæ Regiomontanæ sanctum legitur, cum alia allegari nulla possint simpliciter intelligenda vel frustra vel sine omni Juris effectu adjecta sunt, quoniam Electori et Statibus renuentibus, nihil contra Pacta et Privilegia obtrudi potuit.

Et similiter quod Pacta Velavientia concernit hæc quoq lectorem ad Pacta priora remittunt. Per hoc autem supra allegatum Responsum Regis Poloniæ de Anno 1616 intelligi nequit, cum ad Pacta mutuus Paciscentium Consensus requiratur, sed iterum Pacta de Anno 1611 intelligenda sunt, in quibus vero tantum Jurisdictionis Spiritualis mentio fit quæ Episcopo Varmiensi non tanquam Ordinario sed viciniori, exceptis tamen casibus in Iure Canonico

expressis

expressis in Parochum et alias Personas Ecclesiasticas, Solius Ecclesiae Romano Catholicae Regiomontanae concessa est, de qua etiam Pacta Velaviensia unice loquuntur.

E contrario autem Illustrissimam atque Reverendissimam Celsitudinem Vestram non praeterit, Regem et Rempublicam Poloniae Electori Ioanni Sigismundo per Diploma de Anno 1611 Origentalem Borussiam, cum omnibus Foris et Feudis Spiritualibus ut expressa sunt verba et Secularibus in feudum, postea autem Friderico Wilhelmo Supremum Dominium, et Summam atque absolutam potestatem concessisse. Quae si Illustrissima atque Reverendissima Celsitudo Vestra recte perpenderit, ab aequanimitate ejus Nobis promittimus ipsam facili negotio agnituram esse, quod per mulctam Iesuitis dictam qui nec ullum quidem in Regno hoc commorandi Ius habent, sed ex mera Regis Gratia tollerantur. Ipsius Iurisdictioni nullatenus derogatum sit, neque Nos Ipsi aliam quamque in Pactis de Anno 1611 intuitu Ecclesiae Romano Catholicae Regiomontanae stabilita est, in Regno hoc quod Domini Nostri Clementissimi, Summo et absoluto patet Imperio concedere, valeamus. Interim tamen, Illustrissimam atque Reverendissimam Celsitudinem Vestram celare nollumus quemadmodum Rex et Dominus Noster Clementissimus nullam libenter praetermittit occasionam, singularem suam ergo Ipsum testandi voluntatem et amicitiam. Ita tantum hac quoque occasione apud illum Ipsius valuisse intercessionem. ut Iesuitis mulctam remiserit sperans fore ut in posterum cautius se gerant neque ejusmodi Processiones, amplius fieri permittent.

Dabantur

Dabantur Regiomonti d. 18 Junij 1730.

Nomine Regiminis in Borussia ad Episcopum Varmiensem Copia

Sunt quaedam differentiae circa fines inter Pagum Osieck, Praefecturae Lavensburgicae Ditionis Brandeburgicae, et Pagum Polonicum Dargelico Districtus Mirachoviensis quibus amicabiliter componendis jam Anno 1725 Conferentia utrorumque et Reipublicae et Serenissimi Borussiae Regis Commissariorum habita, nihil autem finaliter conclusum est ob defectum Documentorum necessariorum ad ulteriorem Tractationem. Congressu isto dissoluto et limitato.

Interim Tribunal Petricoviense Decretum Serenissimo Regi Borussiae praejudiciosissimum publicare praesumpsit, vigore cujus Possessor Pagi Dargielow Dargelowski dictus litigiosorum Praediorum Boreck et Szopy Possessionem vi arripere ac modernum Possessorem Bystram nomine, inde ejicere iteratis jam vicibus minatus est. mediis (ubi fama non est indubia) omnibus praeparatis quibus istum finem obtinere possit.

Cum autem ne aliquam praetendi possit ut in rebus dubiis ac indecisis Serenissimus Borussiae Rex Decreto Tribunalitio sese submittat, aut Jura ejus et Bona subditorum arbitrio Petricovien subjiciantur visum est apud Excellentissimum Dominum Cancellarium Supremum Regni, instantias agere, Quatenus Nobili Dargelowski serio injungatur ut omnibus penitus violentiis abstineat rebus in Statu in quo nunc sunt relictis, donec differentiae vicinae vel per generalem Commissionem granicialem com

poni

componi vel causa hac per reassumptionem Confe
rentiae supramemoratae decidi possit. Interpositio
Illustrissimi Domini Cancellarij, hac in re eo magis
necessaria videtur, quo magis verendum ne in casu quo
pertinacissimum conatum Nobilis Dargelowski exe
cutioni dare praesumpserit occasio vim vi repellendi
adversae praebeatur parti.

F 9°

88

Quamvis Puncta Magnifici Domini Residentis Nomine suæ Aulæ exhibita, potius sint gradus finales et essentiales, mimeq mereantur pro nunc reciprocas Responsiones nisi suo Loco et tempore, post concertatos Articulos ab utrinq ineundi Tractatus; Nihilominus ne videatur Congressus præsens alienus a Studio Pacis, justas atq congruas Reflexiones punctatim annotatas Mfico Residenti insinuare censet

Ad Punctum 1mum

Quemadmodum Titulum Regium, quod attinet Serenissimam Aulam Berolinensem latere procul dubio non possunt Fundamenta, toties Ministris ejusdem desuper ante hac jam exposita, quibus Respublica Poloniæ, justissimum suum Contradicendi Jus fulciat, ita eandem Serenissimam Aulam in Præsentiarum Tractatum ullum de accomodandis Injurijs Reipublicæ priusquam ante omnia Regia Dignitas eidem ab Universa Republica eo modo quo a Summis in Europa Principibus factum est agnoscatur inire nolle eo minus Desiderio ejusdem toties amicam compositionem ardentissime exoptanti convenire videtur, quanto apertius Eadem Serenissima Aula in Literis Suis de 28 Maij Anno 1714 ad Serenissimam

Regiam Majestatem Poloniæ datis, se ab aliis potentiis Europæ, non ante Tractatum desuper ineundum sed demum uti expressa in dictis modo Literis verba sonant. Ubi subsecuti de Pace Tractatus Ultrajectini postulato Nostro plene satisfecerint pro Rege agnitam fuisse professa est. Quæ mature considerata dum clare ostendunt Dignitatem ejusdem Serenissimæ Aulæ, nullum discrimen inter se aliosq Europæ Reges subijsse, Licet Tractatus Ultrajectinus ante incooperit, quam a paciscentibus Ibidem Potentijs pro Rege agnosceretur, insimul Respublica Poloniæ minime dubitat quin Serma Aula Berolinensis penitius trutinando Rationes Regio titulo, ab ea Provincia assumpto ad quam Respublica Poloniæ Jus a Seculis olim Supremi Dominij et jam pronunc eventualis Dominij in casum Caducitatis radicatum possidet, multo fortiores Contradicendi esse quam eorum qui ad Provinciam Prussicam nihil Juris habentes nonnisi prævio Tractatu ac quæsitis prius respective pro Interesse Suo Emolumentis Eandem Sermam Aulam Regem dicere voluerunt — haud diutius protractura sit, in Ipsam præliminarem Negotiationem

negociationem quam primum consentire cum nullo tenus modo Serenissima Aula Berolinensis Iustissimaque admittere et ad facilitandam principalium differentiarum accomodationem praeliminares Gradus in ultimarum Conferentiarum data declaratione praescriptos assopire ulterius non detractet impossibile futurum sit. ejusmodi et jam in privatis conferentijs adinveniri posse media quibus Salvis Reipublicae Iuribus vigore Pactorum sibi reservatis eumque in finem appromissis sufficientibus assecurationibus et Reversalibus principale hoc sufferri posset obstaculum—

Ad 2dum et 3tium

Quoad praetensiones tum Suae Celsitudinis Marchionis Brandeburgici Alberti Friderici Uxori Principissae Curlandiae natae Principissae Brandeburgicae—nunc Ducissae Viduae Saxo-Meinungensis ad Ducem et Ducatum Curlandiae competentes tum a Serenissima Aula Berolinensi ad Bona olim Radziuiliana nunc Neoburgica formatas eo magis admirandum eandem Serenissimam Aulam, de denegata Iustitia administratione conqueri aut praejudicia aliqua ex parte Reipublicae vel in Iudicijs Sae Rae Mttis vel Commissione Curlandica—

sibi illata allegare posse quo apertius est per Ipsam Serenissimam Aulam Berolinensem hactenus unice stetisse, quo minus præfata Causa in Judicijs Sacræ Rdæ Majestatis Relationum Propriarum instituta ibidemq Litis pendentiam adhuc dum habentes in defectu Plenipotentis ex parte Serenissimæ Illius Aulæ Judicari ac decidi potuerint —
Quas quidem Prætensiones dummodo Ipsa Serma Aula Berolinens Judicialiter prosequi voluerit sine ulterioribus contu Materiarum Ambagibus, non est dubium quin absq Solenni Commissione ab utraq parte demum instituenda quoq in Causis hujusmodi mere Judicialibus locum habere non potest, facillimo Negotio definiantur.

Ad 4tum

Serenissimum Regem ac Rempublicam Poloniæ, æque ac Serenissimam Aulam Berolinens in utriusq Partis tum Regni Poloniæ tum Ducatus Prussiæ Origentalis Terris Militem conducere posse publicis quidem Pactorum Velaviensium Tabulis sancitum reperitur, quicunqs vero adjectas in Simul Articulo huic in 15to præcautiones utpote 1) amice prius partem illam eo nomine compellendam 2) desuper inter utramq Partem de modo conveniendum prout —

Fœderis

Foederis atq Amicitiae ac tempo-
rum ratio expostulabit. 3) hoc
semper observandum ne ullum
in Partibus incommodum aut
Subditis damnum afferatur
praescribentes accuratius consi-
derat facile animadvertet, eo mi-
nus tam simpliciter praetensae
Liue a Serenissima Aula Bero-
linensi Militum in Regno Po-
loniae M. D. Lithae annexisq Rei-
publicae Provincijs conductione sub-
scribi posse, quo Ipso Sole Clarius
constat, eas modo allegatas prae-
cautiones in Hominibus ea Pa-
latinatibus Masoviae, Pomera-
niae, et Marieburgen alijsq
necnon Episcopatu Varmiensi
ut et ex Territorio Elbingensi
per Milites Brandeburgicos
violentissimis quibusq modis ad
Militiam abductis Eorumq No-
mine tenus specificatorum recla-
matio, cum Satisfactiva animad-
versione tot toties Dominis Able-
gatis Ministri Serenissimae Aulae
Berolinensis frustraneo licet hacte-
nus eventu commendata fuit a
modo dicta Serenissima Aula ne utiquam
observatas ast potius ijsdem in om-
nibus Punctis Contraventum esse
indeq nihil Iustius, quam ut
antequam Respublica se desuper
determinet, ante omnia hujusmo-
di inconvenientijs non modo firmi-
us pro futuro prospiciatur sed
cum restitutione pariter violenter

abductorum, ac refusione expensarum ad multa Millia desuper factarum prævia satisfactio præstetur.

Ad 5tum

Affectatam Salis Halensis per Civitatis Elbingensis Pontes ad quas ad Territorium transvectionem nec Pactis ullis genuine trutinatis mediantibus ac Serenissima Aula Berolinensi prætendi nec a Serenissimo Rege ac Republica Poloniæ, Summo Iurium Reipublicæ ac apertissimo commerciorum Civitatis Elbingensis; Depositorij Iure gaudentis præjudicio Iustissimoq periculo concedi posse, cum ponderosissimis ac toties quoties repetitis Argumentis solidissime cum finali desuper factarum objectionum omnium resolutione fere ad nauseam usq deductum sit, ne inutili rerum notissimarum repetitione tædium pariatur. Magnificum Dnum Residentem Sermæ Aulæ Berolinensis tum ad declarationes et Respontum ad anterioribus Dominis Ablegatis in Annis 1722 Q 5to et Die 29 Mensis Julij 1722 Die 1ma Decembris 1723 Q 4ta 9bris 1724 Q 20ma Xbris etc: data tum scripta plurima Typis publice vulgata, præcipue vero ad Responsionem Polonicam ad Ulteriorem Berolinensem de

ductione

deductionem de Anno 1704ta necnon ultimam solidam et convincentem Responsionum Serenissimæ Aulæ Berolinensis ad Gravamina Reipublicæ Polonæ Refutationem de Anno 1726to remittimus Sperantes Smam ejus Aulam tandem justissimis hisce locum daturam ac missis hujusmodi prætensionibus æquissima potius Reipublicæ Gravamina ut pote 1) ratione occupati Militari manu Propugnaculi Bolwerk Szantz defensioni Civitatis Elbingensis inservientis ut et 2) Militaris impeditionis Salis transmarini in eand. Civitatem usitatæ a Sæculis invectionis 3) interdictæ pro Punctuali Militis Reipublicæ solutione ex Territo Elbingensi servandæ Capitationis in vim et contestationem Candidæ et constantis vicinia cum Republica Polona cultivandæ ad præscriptos in ultimis Conferentiys præliminares, gradus in posterum sublaturam esse

Ad 6tum

Ad Commissionem pro Finibus Reipublicæ Polonæ cum Prussia Ducali Neo-marchia et Pomerania communibus regundÿ decernendam, ac juxta præscriptum hunc in Casum Pactorum

Velavien

Velavien, Artic: 1mi tenorem expresse instituendam Rempublicam Polonam Serma Aula Berlinen nunquam dificilem inveniet dummodo ipsamet obstacula ad Punctum 1mum allegata et hucusq Solennes Tractatus impedientia per media toties proposita removere voluerit

Ad 7mum

Nova in Polonie Regno et Magni Ducatus Lithvanie erecta esse Thelonea nisi Ipsis Regni constitutionibus fundata et stabilita eorundemq contra Pacta antiquiora novum introductum esse Argumentum praesertim in aggravatione Subditorum Sermae Aulae Berolinensis quemadmodum Respublica Polona ignorat iisdemq Gravaminibus legitime deductis inquantum Regni Legibus Sancitis ac antiquissimis immunitatibus adversarentur promptissimam Pactis praesertim Velaviensib accomodatam Satisfactionem appromittit, ita in contrarium justiores de Theloneorum oneribus contra Sermam Aulam Berolinensem conquerendi Causas habet, ex quo licetsi Provinciam Prussicam ab omnibus Theloneorum —

exactionib

exactionibus liberam esse, ac nihil nisi antiquam Daciam vulgo Pshal-gield dictam i.e. duos Nummos a quavis Marca solvere teneri primeva ab Ipso Crucigerorum tempore Privilegia omniaque quotquot Serenissimos Poloniæ Reges inter et Serenissimos Duces Prussiæ hucusque intercesserunt, Pacta Publica clarissime evincunt. Nihilominus in Portu Pilavien. Theloneum quod solummodo ad mensuram vel pondera prout id in Portubus Sacræ R.æ M.tis Poloniæ observaretur vigore Pactorum Grodnensium inter Dnum Vladislaum IV et Georgium Vilhelmum Electorem Anno 1639 initorum institui debuisset non solum in Præsentiarum præsertim ad Mensuram Marchicam regulatum incredibiliter, cum totali Vicinorum Commerciorum Suppressione adauctum est sed et præsertim a Mercibus Elbingensibus et Braunsbergensibus quamvis eorundem Pactorum Grodnensium Articuli 2di et 4ti verbis expresse ab hujus Thelonei onere excepta sint ad hodiernum usque diem exigitur, cum tamen vigore Transactionis D: Vladislaum IV Poloniæ

Regem

Regem inter et Fridericum Vilhelmum Electorem Brandeburgicum Anno 1642 initæ Articulo 3tio cessa quotannis ex Theloneo Pilaviensi summa 75 m Florenorum nec uti quam importata sit nec importetur. Ut taceamus supra fatos Elbingenses et Braunsbergen Mercatores insuper ad exactionem Stromgeldt in Flumine Pregela contra modo dictæ Transactionis de Aº 1642 Artic: 6ti verba Regiomonte solvendam ab Aº 1716 hucusque indebite obligari Quæ certe præjudicia toties Ministris Serenissimæ Aulæ Berolinensis recensita longe justiorem quo ad Rempublicam Polonam satisfactionem cum totali tandem hujusmodi infractionum abolitione merentur.

Ad Ovum et 9num

Decretum a Magnifico Dno Oeconomo Mariæburgensi occasione aggeris Szuracensis Latum dum communi Insulanorum utilitati ad mentem Antecedanearum desuper a Dominis Commissariis Polon habitarum Obductionum et visionum publicarum exa

cte

exacte accomodatum dignoscitur. Praeterea reparationes aggerum penes Vistulam et Nogatum pro Necessitatibus et avertendo publico inundationum periculo ex parte Sacrae Rae Mttis Poloniae Subditorum ex Munerum debito, incessanter hactenus quantum constat peracta sunt, non habet Serenissima Aula Berolinensis cur de damno aliquo praesertim Hippotecae Elbingensis conqueratur, siquidem Iuris aggerandi Leges tot Commissionibus pro communi Commodo habitis expresse praescripta sunt ut nihil noviter statuendum supersit nisi forte exinde periclitanda aut potius ultima Hypotecae Elbingensis verenda est ruina. dum 1) per-
uius fructus Territorii Elbingensis soliti per Tractatus Betrad: Elbingen: Artic: 8tum solummodo concessi singularem auctionem 2) Licitationem Pascuorum ejusdem Territorij in praejudicium antiquorum Possessorum licitanti elocandorum 3) Equitatum Brandeburgicum eidem Territorio Elbingensi impositum Colonosque et Subditos ad incitas funditus reducentem. 4) Angarias vulgo Podwody Officialibus Prussicis.

Territorium illud transeuntibus continuo suppeditandas Incolæ dictæ Hippotecæ Territorij Elbingensis notoriæ fere opprimantur

Ad 10mum

Quodsi Serenissimæ Aulæ Berolinensi conservandæ amicitiæ ac bonæ viciniæ candida fuerit intentio per Renovationem Pactorum antiquorum ac Universalem Gravaminum abolitionem contestanda, ad similem vicinitatis obligationem Subditos Serenissimæ Aulæ Berolinen in Poloniam transfugos, facta desuper requisitione et sufficienti quod re ipsa tales sine comprobatione ~~[illegible]~~ sine mora extradendos Respublica Polona se obstringit modo explagitationibus omnibus pene sublatis, similis quo ad Transfugos ex Polonia satisfactio ex parte Sermæ Aulæ Berolinen subsequatur.

Ad 11mum

Fines Borussicos Pomeranicos et Neo-Marchicos Ditionum Serenissimæ Aulæ Berolinensis subjectarum a vicinis Polonis incursionibus

aut rapinis infestari quamvis Respublica Polona penitus ignorat nihilominus sicuti quandocunque talis ausus et conatus temerarij in Praejudicium et detrimentum Bonae viciniae facti verissime documentari potuerint promptam cum rigore Justitiae Administrationem praebere nunquam deerit, Ita reciproca sibi a Serenissima Aula Berolinenesi appromittendo aequitatis Observandaeque Justitiae Studia inter alias Innumeras S. R. Mttis Polon. Subditis a vicinis Orientalis Prussiae praesertim Officialibus Brandeburgicis illatas Angarizationes Impetitiones ac violationes novissimas Anno 1730 d. 23 Xbris Civium Mercatorum Elbingensium ex Nundinis Varmiensibus redeuntium a Gnoso Dno Colonello de Glaubitz Regiminis Beschefferiani in Oppido Preusch Holland factam Arestationem ac sub praetextu, ac si quidam Civis Hollandicus ad Forum cum Mercibus suis aliorsum per Civitatem eandem devehendis Elbingae habendum obligatus

fuisset

per Quatuor dies Magnis
cum sumptibus detentionem
Mfico Dno Residenti pro re
remedendis in futurum ac
severissime animadvertendis
hujusmodi sub Repraesali-
arum Nomine susceptis in
solentys insinuat.

Ad 1mum

Praetensiones Magnificorum
Comitum a Dohna pace Oli
ven: Artic: 20 fundatae ut
ex Pane bene merentium se
compensentur. — Dismi
Sacrae Regiae Majestatis Cle
mentiae recommendabuntur.

Finaliter quo ad Scrupulos an
te praeliminares brevissime
respondetur.

Ad 1mum

Constitutio Grodnensis ab
omnibus Ordinibus Reipu
blicae lata plus quam pro
Authentica et sufficientis:
sima Plenipotentia censen
da, si autem opus fuerit post
concertata concertanda cir-
ca finem concludendi Tracta
tus Speciale Mandatum in
forma debita exhibebitur —

Ad 2dum

Receptio congrua Mfico Resi
denti ad cessiones Conferentia
les

-tes venienti præstabitur.

Ad 3tium

Locus proximus a Parte dextra Præsidis assignabitur —

Ad 4tum

Post trutinata et accomodata prius desideria et gravamina Reipublicæ Alternativa Tractationis de Prætensionibus Serenissimæ Aulæ Berolinensis observabitur.

G 102 96.

Complement powtorny JkoMu Panu Rezydentowi Dworu Berlinskiego od JchMciow PP. Deputatow Rzpltey przez Sekretarza Q 3 Marty 1791 uczyniony przy oddawaniu Reflexyi na Jego Memoriał.

Celsissimus Dnus Episcopus Cracoviensis, Excellentissimus Dominus Palatinus Russiæ cæteriq Illmi Deputati ad Conferentias cum Mfica Dnaone vestra designati deferunt sua Officia Mficæ Dnaoni Vræ, simulq præter exhibitionem Reflexionum suarum ad Memorialia porrecta scire cupiunt, utrum Mfica Dnao Vra ex parte Serenissimæ Aulæ suæ habeat alias Iustiores ac favorabiliores Responsiones, sive Resolutiones ad præliminares Gradus, cæteraq desideria et Gravamina Rplcæ si habeat earundem Communicationem in scripto petunt, in ordine ad facilitandã continuationem ulterioris Tractationis

H

Responsum â Mfico Dno Residente

Præmissis respectuosissimis Officijs Celsissimo Domino Episcopo Excellentissimo Palatino, alijsq Illustrissimis Deputatis dedit in Responso. Quod videbit Idem Mficus Dominus—

Residens perlectis ad
sens sibi traditis Ref
nibus quae merentur a
Wattentione, utrum ha
aliquid superaddendum
ptis suis in Antecessum
bitis et quod in presenti
habeat quod addat, nisi,
postquam communicar
sequente Posta modern
issimorum Excellentissim
et Illmorum Dnorum
missariorum Reflexion
quam ab Aula Sua acc
rit resolutionem. et Res
onem Novam

Die 6ta Martij 1731 Anno.

Zieszawszy się na Zamek Ich Mość Commissarze utriusq gentis in Ordine do załatwienia Konferencyi publicznych, y zasiadszy Mieysca swoie w destynowanym Pokoiu Xiąże Jmć Prymas wyraził, że iako dziękował iuż Ichmościom pro zelo in publicum że przybyć raczyli do ustępi publiczney tak teraz ponawiał podziękowanie swoie, za podięte Prace y fatygi, in rem Boni publici depraedicabat oraz infatigabilem curam Rõ Kl: Mci że lubo praegnantibus et indifferribilibus negotijs avocatus est do Państw swoich dziedzicznych tak iednak oddalić się raczył iako gdyby był praesens kiedy zostawić raczył Diploma ad continuandas et pro exigentia okoliczności reassumendas Conferentias publicas. Które to Diploma dla Informacyi wszystkich przeczytać Secretarzowi swemu rozkazał.

Uprassal tedy potym Ichmc PP. Commissarzow od JKo Xci Mu ad conferendum cum Ministris Exteraneis naznaczonych et a Congressu praesenti uczynionich aby Kommunikowac raczyli, co in particulari peregerunt z pomienionemi Ministrami.

Naprzod tedy Sekretarz do Konferencyi z ImcPnem Postem Cesarskim przybrany czytal Kompliment Pierwszy od Ichmcm PP. Commissarzow do Imc Pana Posla uczyniony oraz Respons na tenze Kompliment, potym drugi y Trzeci Kompliment z Responsami na nie, a na ostatku czytal Respons in Scripto dany od Pomienionego Ministra Ichmcm PP. Commissarzom. Similiter Sekretarze Konferencyi z Ministrem Moskiewskim y Ministrem Dworu Berlinskiego czytali Relacyę Transactorum z temiz Ministrami. Z Ministrem zas Szwedzkim nie przyszło do zadnych Konferencyi ex quo Imc Pana Generala Zulicha przeszlego Plenipotenta nie było w Warszawie przytomnego, ten zas co się znaydowal nie miał ad eum finem zadnego zlecenia. Po przeczytaniu praemissorum poniewaz ad Ultimata w Roku

przeszłym

przeszłym Ministris Extrane is exhibita, nieodebrali JchMći PP. Commissarze sufficientes et satisfactivas Resolutiones, tedy zdato się JchMćiom daie powtorne Ultimata Supradictis Ministris ktorych Projekta tamże zaraz czytane były, y zaszedł na nie Universalis assensus.

Finaliter Xiąże Jmć Prymas oświadczywszy ochotę swoię do dalszey usługi publiczney gdy do niey wespoł z Innemi JchMćiami ad Tenorem Diplomatis JKMći zawołany będzie, y obiecawszy pomienione Ultimata JchMćiom PP. Ministrom Cudzoziemskim odesłać, pożegnał praesentem Congressum

K

9

Ultimatum Secundarium Residenti Berolinensi.

Cum propter omnem opinionem et expectationem Congressus praesentis Conferentialis Magnifica Dnaō Vrā Responsiones ex parte Serenissimae Aulae Sua minus directas et prorsus inadaequatas exhibuerit, Quinimo post iteratam Requisitionem nullas alias habere allegaverit.

Idcirco Idem Congressus Conferentialis renovando anterius Ultimatum Mfica Dominationi Vrae nuper Consignatum requirit, quatenus tam ad preliminares Gradus quam ad Gravamina Reipublicae Varmiae et in aliorum particularium praecedenter et in praesentiarum sibi tradita Iustiores ac favorabiliores resolutiones pro futuris Conferentiis apud Aulam Suam evincere ac procurare satagat. Signanter respectu plenariae ante omnia restitutionis Territorij Elbingensis, et reliqui Pignoris absq ulla praetensione et quo jam praecessit extenuato praetensae Summae

Gravamina Religionis Catholicæ et Parochi circa Ecclesiam Czaplinensem in Capitaneatu Drahimensi Diœcesis Posnaniensis.

Cautum est Pactis Bydgosticensibus in Anno 1657 quod Religio Romano Catholica in Capitaneatu Toto Drahimensi conservari debet in Statu quo fuit illo tempore. Nihilominus contra factum est tam per Administratores hujus Capitaneatus, quam et per Ipsos Cives Czaplenses.

Anno Czaplenses Novam exstruxerunt Curiam in Anno 1706 in Qua fecerunt Ammoditbem pro Devotione Augustanæ Religionis peragenda, et Idem Czaplenses Duos Successive introduxerunt Ministros Confessionis Augustanæ quod antea nunquam fuit practicatum.

2do Dominus Capitaneus Wobeser, omnibus Incolis Capitaneatus Drahimensis sub pœna 10, 20, 30, Imperialium et graviori adhuc pœna Corporali prohibuit, ne quis Baptizari vel copulari audeat apud Parochum Catholicum. Item ne quis Concionem —

Parochi frequentet hoc Ipsum
et Magistratus Czaplinensis fe:
cit, subjungendo eos, qui vel Ecclesiam Parochialem frequentarent
vel copulari, aut Baptizari apud
Parochum suos faceret Infantes ut
rebelles tractandos esse. Qui aug
in Magistratu jam ante punitus
fuit per Serenissimos Reges Poloniae.

3tio Introductus Minister Augustanae Confessionis Schyracki dictus
publice blaschemare ausus est,
omnes baptizatos vel baptizandos
et copulatos vel copulandos apud
Catholicos filios esse Diaboli. et
in aeternum damnandos.

4to Idem Minister in Ecclesias Filiales in Capitaneatu Drahimensi
quae spectabant ad Parochum Romano Catholicum, violenter effractis portis irruit, et in illis praedicat

5to Post conflagratam Ecclesiam Catholicam in Civitate Czaplinensi Domum Parochialem et Scholam in Anno 1725° Magistratus
Czaplinensis novum Fanum extruxit cum Turri, Campanis, idq
in propinquo loco ubi exstabat Ecclesia Catholica de Ecclesia autem Catholica et Aedificijs Parochi et Schola Catholica aedificanda nihil cogitat
Imo aedificatam Capellam Romano Catholicam in ruinis antiquae
Ecclesiae Catholicae ligneam combusserunt inscripta prius per Comissarium Loci Dominum* tristi Apostrophe
*Kerstam

Apostrophe, Non plus Ultra per qm designatur Totum Liberum Exercitium Religionis Catholicæ in Capitaneatu Drahimensi esse ademptum. Cum Secundum Mandata et Decretum Serm̃i Ioannis Casimiri ad Edificationem tam Ecclesiæ Catholicæ quam Domus Parochialis et Scholæ Czaplinensis Magistratus teneatur. —

6to Suprascriptus D[omi]nus Commissarius Catholicos non alter quam maledictos Diabolos appelavit

7mo Parocho Czaplinensi proventus ut sunt Missalia diminuta sunt, Stola dictum Proventum Ministris Confessionis Augustanæ Officiales Drahimenses Omnibus Incolis ejusdem Capitaneatus extradere mandaverunt, quem Proventum semper in ante Parochus Catholicus percipiebat, aliosq ademerunt totaliter, imo fundos Ecclesiasticos occuparunt —

8vo In Fundis Ecclesiæ, et Domibus tam Vicariæ quam Servitorum Ecclesiæ Idem Magistratus Czaplinensis Milites pro stativis locat et ijdem Milites tam a Vicario Catholico quam et Servitoribus Ecclesiæ exigunt Contributiones quod est in summum Opprobrium Religionis Catholicæ

9no Iisdem etiam Militibus et exactionibus Ipsum Parochum aggravant uti factum fuit in A[nn]o 1728vo qui Parochus expendit ad 200 Imperiales pro Militibus et Contributionibus

Sunt et alia multa Gravamina quæ patitur tam Religio Catholica Romana quam et Parochus Czaplinensis existens in Capita neatu Drahimensi cognitionem ad sopiend. eadem postulat Illustrissimus Episcopus Posnanien. uti Loci Ordinarius ut a Serma Aula Berolinen. deputentur Commissarij qui Domini Commissarij avisato Illustrissimo et Excellentissimo Dño Episcopo Posnanien. vel ejus Officio de tempore ejus Commissionis deputabit etiam Suos Commissarios Illmus Episcopus vel ejus Officium, quatenus insimul et semel errata ~~[illegible]~~ corrigantur quæ sunt adempta Ecclesiæ Catholicæ et Parocho restituantur. Ecclesia Catholica cum Domo Parochi et Schola ædificetur proventus Parocho restituantur, et si Parochus in aliquo excessit per Illmum Episcopum vel ejus Officium debité puniatur.

Gravamina Episcopatus Varmiensis adversus Viciniam Brandeburgicam Anno 1730 Celsissimis Principibus, Illustrissimis Dominis et Excellentissimis ex Comitiis Generalibus a Sa Ra Mte Domino Clementissimo et Serenissima Republica Deputatis ad Conferentias cum Extranearum Potentiarum Ministris insinuata sunt hujusmodi videlicet.

1º Quod tot Homines et Subditi Celsissimi Principis Episcopi Varmiensis, necnon Oblis Capituli violento modo abducti et ad Servitia

Militaria

Militaria coacti / prout ex Synopsi circa similes institutas Conferentias, Anno 1724º porrecta et postea per annotationem novorum Excessuum praesentationemq eorundem luculenter patuit / hucusq etsi urgentissimae processerunt Instantiae non fuerunt redditi et quod quomodi violentae Armata Manu Ditionum Celsissimi Principis et Vblis Capituli Nocturno praesertim tempore invasiones et Subditorum non tantum Sodalium, verum etiam cum subsecutis occisionibus Exoratorum abductiones, et in vijs Publicis Itinerantium detentiones et ad Servitia Militaria varijs medijs Coactiones adhuc perpetrantur, annotata facta edocent, quae apponuntur sub Nº Imo

2do Etsi a Pluribus Annis pernitiosum piscandi genus cum retibus Keüttel dictis in Mari recenti Stab, multo Universae Viciniae Consensu, totaliter ideo ob irreparabile damnum, quod perinde foeturae Piscium infertur prohibitum sit et signanter Anno 1726to Piscatores Passarienses tanquam prohibitionis Transgressores ad Officium Balgen pro poenis Emendis remissi fuerint eo tamen non attento predicti Piscatores in hunc usq diem Numeroso Navium et prohibitorum retium agmine non tantum aquas communes

sed

sed etiam Episcopales proprias
atq Capitulares involare et impu
ne in ijsdem Grassando summope
re illas devastare et damnifica
re ac si Piscatores Episcopales
Passarienses per omnimodum Ha
morum et retium vulgo
dictorum subtractionem ad pau-
pertatem Maximam redigere au:
dent et præsumunt Licentia Com
missoriali freti aes denuo facul-
tas totaliter piscandi, et in aquas
Episcopales et Capitulares propri-
as involandi in summum præ
judicium Iurium Episcopatis
et pactorum mutuo intercedenti-
tium illis concessa ~~sint~~ sit, quod
vero in aquis proprijs Varmiend
nullum Ius habeant piscandi.
Vicinia Piscatores ponuntur do:
cumenta sub N.° 4to

3tio Quod Civitas Episcopalis Bram
bergensis, nontantum in debita
exactione Thelonei Libralis et
alterius   nuncupati
sed etiam maxima ejus auctio
ne circa Pellaviam cum summo
suo dispendio gravatur, ut ea li-
quida et manifesta deductione
Liberi transitus Navigiorum Ipsi
competentis in seorsiva Schedula
patet. Proinde ut ab ejusdem ex
actione liberetur instantissime
postulatur prout demonstratur
Iuribus appositis sub N.° 5to

4to Quod Missionarij Sacerdotes non
tantum Iure Canonico sed etiam spe
cialiter pactatis Iurisdictioni Epi-
scopali

Episcopali subjecti in Laesionem quidem Iurisdictionis et Pactorum convulsionem ad Forum Saeculare Regiomonti trahuntur et multis afficiuntur. Cum tamen de expresso tenore Pactorum Personae Ecclesiasticae pari Libertate cum Personis Ecclesiasticis Regni Poloniae in Prussia gaudere debeant, tanto fortius ad externum Exercitium Religionis Catholicae et Iurisdictio Episcoporum Catholicorum ibidem solenniter praecustodita et assecurata sit. ac immunitas Personarum Ecclesiasticarum pari passu cum libero Exercitio Religionis Catholicae ambulat. prout apparet sub No 6to

5to Quod Admodum Rndi Patres Societatis Iesu ad miraculosum Locum Stae Lindae pro majori promotione Devotionis et Cultu Dei ejusque Smae Matris ibidem collocati, multoties turbantur, Mansi aliquot qui ab antiquissimo tempore in illorum Possessione erant, ademti; Taberna non longe ab Ecclesia distans, super qua a nemine unquam in dubium Eorum Ius versum, et quae Taberna in Possessione pacifica Collegii Reselien[sis] ab immemorabili tempore fuerat, praetextu aliquo fisco Vicinae Potentiae adscripta, recepta, et needum ex tot ad Aulam Berolinensem facta Instantia restituta. Processiones ad Ejusdemmodi Locum Sacrum ex Missione Myssenicensi ex Masovia.

per Ditiones viand Potentiæ inhibita et varijs modis eidem Patres Soc: Jesu turbantur et inquietantur.

6to Conquæruntur Parochi Episcopatus Varmiensis qualiter sæpe sæpius prædicantes Lutherani in vicinia Brandeburgica Catholicos habitantes molestent, cogantq Sub certa pecuniaria mulcta Interesse Devotioni in Templis Eorund sicuti ad Præpositum Bisburgensem ex vicinia Catholici recurrentes sortem Suam Miserabilem non tam verbis qm Lachrymis fusius explicarunt.

7mo Recentissime nunc Coram Celsissimo Principe Episcopo Varmiensi eunte pro modernis Conferentijs Varsaviam Parochus Butrinensis contra Prædicantem Vicinum Jedwabnensem cognomine Hofman, conquestus est, qualiter hic non tantum varijs modis Catholicos in Ipsius Parochia degentes vexat, verum etiam ad Apostasiam a Fide Catholica et ad acceptandam Lutheranam Hæresim omnino cogit. Sicuti recenter talem Personam Catholicam ex Villa Butrinensi oriundam et per 20 Annos in Catholica Fide ibidem habitantem nunc ad Apostasiam coegit. Castriq Nidemburgensis Catholicis in Parochia Sua degentibus carceres et pœnas minari Solet. Eosq in libertate Fidei Catholicæ vehementer perturbari nititur.

Pro

8vo Cum juxta Pacta Velaviensia Moneta sine scitu et Conventione ab utrinq mutari non deberet. Nunc vero in Vicinia Brandeburgica non tantum mutata verum in tanta quantitate in Prussiam Polonicam invehitur, ut jam rarissime Moneta Polonica posset acquiri per quod maximum Gravamen Provincia patitur, dum in Regno Polonia Moneta hac cursum debitum non habet, nec ibi nisi cum magno damno expendatur. Quae quidem Gravamina ut pro optata Finium Viciniae cultura ex motivis seorsivè appositis tollerantur — Homines omnes Subditi Celsissimi Principis et Vblis Capituli Varmien violenter ad hoc usq tempus ad Servitia Militaria accepti restituantur. Invasores debitis panis puniantur in Posterum Similibus violentijs et Invasionibus obvietur. Piscatoribus Papetiensibus, et alijs Ditionis Vicinae Prussiae ne amplius aquas proprias Celsissimi Principis et Vblis Capituli invadere ibidemq ullo Genere retium piscari presumant; sub magna Mulcta et instantanea ad primam delationem Executione illius inhibeatur, verum in aquis communibus juxta Mappam et seorsivam conventionem pro tempore uilibet Parti piscanti facultas plena sit et permaneat. Brunsbergae

Ao

Mercatores a solvendo Librali Pillaviensi Thelones pariter etiam a Thelonea Fluvij Pregel funtios nominato et non a longo tempore a Mercatoribus Brunsbergensibus exigi solito absolvantur eorum vero quæ contra Pacta ab illis exactasint fiat restitutio. Personæ Ecclesiasticæ super quibus Jurisdictio Celsissimo Principi Episcopo Varmien et Sambien juxta Pacta reservata est in læsionem ejusdem Jurisdictionis et Pactorum Convulsionem ad Forum sæculare Regiomontum aut aliud Castrum non trahantur:

Patribus Soc: Jesu ad Locum gratiosum S^a Lindæ commorantibus Taberna et Agri recenter post longissimam pacificam Possessionem violenter accepti restituantur ijque Patres tum et in alijs Locis existentes Missionarij aut Catholici Sacerdotes sub Dominio Vicinæ Potentiæ existen varijs modis non turbentur Imo Processio sive Processiones ex Masovia alijsque Locis præsertim Myslnicc ad S^am Lindam per Ditiones Vicinæ Potentiæ permittantur. Catholicis in Dominio Vicinæ Potentiæ permanentibus omnis juxta Pacta libertas permittatur. Prædicalitij qui cogere ad devotiones Lutheranorum Catholicos frequentandes præsumunt et alij etiam ad Apostasiam a Fide Catholica puniantur et ne in posterum similia facere præsumant eis serio inhibeatur.

Moneta

Moneta nonnisi juxta Pacta in noretur et ~~ne in posterum~~ similia Gravamina emergant quatenus debitis medijs et Stipulationibus obvietur urgentissime instatur ex parte Celsissimi Principis et Ollis Capituli Varmiensis

Citata in praemissis Punctis Documenta sub Numeris annotata videri semper poterunt in Ipsis Authentica quae ad quamlibet requisitionem Magni Dni Residentis producentur a Dno Rottermund Secretario Cancellariae Majoris Regni Varsaviae degente

Joseph Ignatius de Stipow Szembek Canonicus Varmiensis mpp

Desideria et Gravamina Concivium Palatinatuum Posnaniensis et Calissiensis de 21 da Martij 1791 Ao

Concives Palatinatuum Posnaniensis et Calissiensis in Fundamente Novellae Legis Evdna sancitae Exemptionem Capitaneatus Drahimensis urgenter desiderant

De 21 Martij

Illustrissimus Szołdrski Palatinus Iunivladislaviensis Generalis Majoris Poloniae Capitaneus

querulatur contra Milites Regiminis Generosi de Schwerin ex occasione variarum violentiarum ab Ipsis Sibi Illatarum qui Nec per modo violento Subditum Ipsius ex Oppido Trzciel ejus Haereditario abduxerunt, sese Militem sub Cohorte Gnosi Majoris de Litwitz facere cogerunt.
Quapropter Idem Illmus Palatinus Inovladislaviensis restitutionem ejusdem Subditi expetit

De 26 Febr.

Reverendissimus Linceslai Abbas Bledzovien. querulatur contra Praedones expulsos de Villa Trzebiszewa ad Episcopatum Posnanien. spectante, nunc sub protectione Magistratus Landebergensis existentes qui quemdam Incarceratum Subditum ejus de furto inculpato, modo nocturno et violento, e Carceribus eduxerunt et protectioni ejusdem Magistratus reddiderunt. Quapropter Idem Rndmus Abbas restitutionem ejusdem Subditi solicitat.

Status Causae

In Puncto Lacus qui appellatur See Sorge
Oeconomia Regia Mariemburgensis aquas per aliquod stadia derivat in sua Molendina

Molendina aquae ductu incipi-
ente ultra Pagum Stangenberg
qui pertinet ad Dnum Generalem
Majorem Schale et quoniam ob-
servatum fuit fontem nonnisi per
Quinquaginta a Lacu Sorgoe dysta
re, partemq ejusdem Lacus inter
Limites Prussiae Poloniae Stam esse
aquae dicti Lacus possent commo
de dirigi per aquae ductum Oeco
nomiae, mediante bona Catara-
cta quae tamen nonnisi in casu
necessitatis et nimiae siccitatis -
deberet aperiri, Quoniam alias
sic
sua aquae ductus satis Aquarum
Ministrat, et si nimis in illum
intromitteretur ob suam arcti
tudinem, eas non continere pos-
set sed rippam excedere prata
inundare multaq damna causa
re foret.

Eam ob causam consultum
videbatur fossam parare ad
Lacum Sorgoe, et in illam stru
ere bonam Cataractam vulgo
Oztense A° 1707 sed Distri
ctus Marienwerdensis et -
Risenburgensis exinde ignotas
suspiciones capientes institutio
impediebant hac causa A° 1727
iterum agitata, et inter utramq
Partem dysputata, Aula Bero
linensis mandabat Dymictere
Risenburgen super hoc negoti-
um amplam porrigere relatio-
nem, in qua invenitur forma

aliqua

refutationis per quam Iura et et Argumenta, quibus Oeconomia Marienburgensis in capito suo ad parandam fossam et Cataractam nititur et quasi eludentur.

Oeconomia Marienburgensis imprimis fulcitur fundamentis.

1mo Unam partem dicti Lacus sitam esse intra Limites Polonicas et consequenter in Fundo Polonico, ubi Respublica Ius habet pro libitu derivandi aquas ad Molendina Marienburgensia —

2do Molendina Rusenburgensia nullis deinde jacturis obnoxia quoniam aguntur per Fluvium Liebe qui in Lacum Gorgoe descendit

3tio Novam fossam seu aquaeductum cum Cataracta potius utilem quam noxium esse quoniam eo Mediante abundantia aquarum ex Lacu derivari et defluere posset —

Districtus Rusenburgensis obyicit.

1mo Nondum esse decisum limites Prussiam Poloniam a Brandeburgica separantes in linea recta Lacum Gorgoe dividere et potius apparere. Limites illas in circuitu ad Ryppa Lacus sitas esse Lacum autem Ipsum totum in Districtu Rusen

burgico

Rüsenburgius comprehendi.

Sed respondetur ex parte Oeconomiæ Hanc objectionem omni plane colore carere, nec Ipsi situationi concordare cum quilibet qui Situationem Lacûs et Limitum parumper tantum respiciat illico sit comprehensurus Limites ex una Ryppa ad alteram Linea recta tendere et continuare non vero per ambages circa Ryppas Lacûs trahi posse. —

Continuatur a Rüsenburgicis Posito sed non concesso Lacum Limitibus per Lineam rectam separatam esse et ejus Partem ad Prussiam Polonicam pertinere ideo tamen non consequi Oeconomiam habere Ius omnes aquas ex toto Lacu spatium Milliaris superante derivandi in Suos aquæ ductus —

Respondetur

Nunquam cœpei hujus fuisse intentionem sibi appropriandi potestatem disponendi de omni copia aquar. hujus Lacus, tantum au sem habendi Cataractam vulgo Szeuse ad septendos aquas aquæ Ductus in casu siccitatis et Prussia Polonica non appetit nisi Ius utendi aquis Lacus, secundum proportionem partis quæ ex Lacu ad Poloniam spectat Suspicio enim quod Lacus hoc capto omnibus aquis posset privari discutitur, eo quod aquæ Ductus Majores aquas quam tempore moderata tempestatis ubi jam derivantur ferre nequeant imo per derivationem plurium aquarum inundationes et damna causarentur —

Obijcitur porro.

Molendina Rüsenburgica quæ ab aquis ex flumine Liebe aguntur, exposita esse penuriæ aquarum, quoniam Lacu Sorgee evacuato, flumen Liebe tandem aquis carere posset, et Lacum Sorgee altiorem quam aquæductus habere situationem ea propter metuendam flumen Liebe nullum ex Lacu amplius subsidium expectare debere.

Respondetur vero ex Prioribus Nullam esse intentionem aquas ex Lacu extrahendi nisi in Casu Necessitatis tum etiam propter arctum Canalis Spatium magnam Aquarum Copiam derivari non posse nisi Prata Polonica, circa aquæductum adjacentia, inundationibus et damnis exponi debeant.

Fluvium Liebe autem iis aquis quibus in Lacum descendit amplius opus non habuere. eaque propter injustissimum esse vicino ea quæ nobis nullo porro usui vicino vero necessaria sunt et ab illo omni Iure petuntur denegare.

Inspectio oculanis vel situationis Ipsius vel designationis desuper facta exhibebit quarum rationes ex Parte Oeconomiæ Marienburgensis alteras ex parte Districtus Rüsenburgensis in omnibus Punctis superet. ——

Johannes Renard
Pincerna Terræ Nuren.
Colonellus S. R. Mtis.

NB Przy tey Informacyi oddana iest drat y Mappa z ktorey deducitur niesłuszne bronienie prowadzenia Kanału Wody z Jeziora See Sorgee nazwanego ad Fundum Oeconomicum J. K. Mci.

L. 118 107

Desideria & Gravamina Diversorum Illustrissimis et Excellentissimis Dominis Commissarijs Reipublicae ad promovendum in Conferentijs cum Mfico Dno Rezidente Aulae Berolinensis in Anno 1731mo Mense Februario - - - - - - - -

Commendata

1mo Quatenus Acta et Libri Protocollorum Castrensium ex diversis Palatinatibus et Terris tempore Belli penultimi Svetici hostiliter ex Castro Bobrownicensi Plocensi Wyssogrodensi et alijs ablata et nunc in Archivo Regiomontano reperibilia ad Instantiam Nobilitatis restituantur.

2do Cum Gnosus Wourmb major in Regimine Generalis Bescheffer cum Asseclis sibi notis Bona Haereditaria Gnosi Stanislai Krzembosz Subdapiferi Podoliae in Palatinatu Plocensi sita nocturno simul ac Hostili modo invaserit Ibidemq Subditum Suum Dictum Sałata ac duos Pastores Regis violenter ligatos abegerit Ipsiq Haeredi Subditos Suos reclamanti non modo

Commendata

11

Scommata et opprobria verum etiam Personam Ejus Senilem captivandam comminatus fuerit;

Postulatur itaq ut Satisfactio debita una cum Restitutione interceptorum Praefator Subditorum ex omni Iure debita quantotius subsequatur.

3tio Ut quidam Franciscus Steffen natione Brunsbergensis quem ex Varmia et Sacra Tilia Die 15 8bris Anno 1730 cum Suo Consanguineo Presbytero proficiscentem vestibus Clericalibus indutum Duodecem Milites Brandeburgenses in vicina Ibidem Sylva insidiantes violento modo interceperunt et Rasdenburgum duxerunt, Libertati restituatur.

4to Ut Ioannes Ciff de Villa Krzyz in Palatinatu Posnaniensi Haereditaria Domini Bielinski Subdapiferi Posnaniensis nocturno simul et Hostili modo per Milites Brandeburgicos Die 19 9bris 1731 ab Uxore et Familia Sua scilicet Tribus Infantibus abductus sine renitentia cum debita Satisfactione Libertati restituatur.

5to Ut Generosus Modlkowski cujus Processus ratione Certorum Bonorum

nonnum

Bonorum Pentzki nuncupatorum in Castro Nidborgensi aliisq[ue] altioribus Subsellijs ventilatus est, tandem in liquida et Iustissima prætensione sua debitam pro Iustitiâ consequatur Satisfactionem.

6to. Deniq[ue] et Famatus Ioannes Cholewicz Cives et Mercator Torunensis pro Suis Mercibus contra omne Ius et æquitatem a Gnoso Colonello Plaubitz ante aliquot Annos indebite ademptis post Iteratas debitæ Satisfactionis Declarationes expetitæ tandem potiatur effectu.

Ad allegationes Nupernas per Magnificum Dominum Residentem Serenissimæ Aulæ Berlinen in responsionibus Suis intuitu Jurisdictionis Episcopalis Pomesaniæ factas.

Quibus generaliter præmissis ad Capita Specialia desideriorum et Gravaminum Inclytæ Republicæ Polonæ accedendo! Jam in apprico est Illustrissimo et Reverendissimo Domino Episcopo Culmen nullam plane Jurisdictionem sive Jus Diœcesanum in Pomesania quæ Sacræ Regiæ Majestatis Domini Mei Clementissimi Imperio parere gestit sive in alia Borussiæ Origentalis Provincia competere; ut res disceptatione non egeat. Quemadmodum enim Pomesaniæ Diœc nunquam ad Episcopatum Culmensem pertinuit sed peculiares olim Episcopos habuit. Ita Electori Joanni Sigismundo Aº 1617 Universam Borussiam Origentalem cum omnibus Totis ac Feudis Spiritualibus et Secularibus ut expressa sunt verba Diplomatis in Feudum Concessam esse constat. Pacta autem Velaviensia postea

Respondetur pro Interim ex Parte Illmi et Rndmi Episcopi Culmensis et Pomesaniæ Sub Tempus Conferentiarum in Anno 1791mo.

Jurisdictionem Diœcesanam Illmo Dno Episcopo Culmen et Pomeraniæ super parte Ducalis Prussiæ olim in Pomesaniensi Diœcesi et nunc sita, tum de Loci propinquitate tum ex vi Tituli Episcopatus Pomesanien ab Immemorabili Tempore ab Episcopis Culmensibus legitime usitati de Jure et de facto competere est extra omnem Controversiam cum Semper Episcopi Culmenses utentes memorato Titulo in Ecclesias et Personas Spirituales exercuerint, et exercent. Ibidem Diœcesanam Suam Jurisdictionem, a Nemine huiusque impediti quin imo Ipsimet in Personis Suis in Loco Loci uti Illmus Olim Laurentius Rembielinski Episcopus Culmensis per Notabilem Tractum Temporis Lesnoviensem reconciliavit Ecclesiam Celsissimus vero Princeps Primas Regni modernus olim Itidem

Episcopus

Sacræ Regiæ Majestatis Avo
Friderico Wilhelmo Gloriosis-
simæ memoriæ Supremum
Dominium et Summam atq.
absolutam potestatem asserui-
se quæ nullam certe Jurisdi-
ctionem Episcopo Culmensi ad-
mittunt, cum illa quæ in his
pactis Specialiter de Episcopi
Varmiensis Jurisdictione Spi-
rituali in Parochia Regiomon-
tanæ Ecclesiæ disposita legun-
tur ad Episcopum Culmensem
vel alias Ecclesias trahi nequeu-
nt, sed potius omnem prorsus
aliam Jurisdictionem exclu-
dant.

Episcopus Culmensis per No-
tabilem Tractum Temporis
Turovia Judicia Publica Epi-
scopalia aliaq. munia et Exer-
citia Episcopalis Jurisdictio-
nis nemine contradicente etiam
in Subditos Ducalis Prussiæ
peregerit et exercuerit tum et
per Personas Subordinatas
Officiales, Commissarios et Vi-
sitatores Ecclesiarum et De-
canos; Quam quidem Jurisdic-
tionem non tantum Jus præ-
scriptionis ab immemorabili
tempore (etiamsi esset si et
in quantum contra Legem
introducta fuerit) verum
etiam Pacta Conventa Reces-
sus variaq. Transactiones In-
ter Reges Regnumq. Poloniæ
et Serenissimos Duces Prus-
siæ stabilita Regniq. Delibe-
rationes et Decreta stabilirent
et stabiliunt, necnon ab Ipsismet
Regnantibus Prussiæ Ducalis
Tituli Episcopis Culmensibus
Pomesaniæ attributi.

Nec obstat allegata Feudi Se-
renissimo Joanni Sigismundo Anno
1611 traditio in eaq. verba contenta
cum per ea nunquam fuerit mens
Supremi Domini (uti ex Ante-
cedentibus et Subsequentibus Pa-
ctis variisq. Transactionibus

et Decretis deduci potest:/
Jurisditione Epos spoliare cum
Rex Regnumq Poloniæ per re-
nuntiationem Fori Feudorumqs
etiam Spiritualium, non tali in-
terpretatione:/ cum de Foro Spi-
rituali Ibidem nulla sit mentio
Illudq non subalternetur Supre-
mo Dominio:/ renuntiaverit sed
renuntiavit Fori Suæ Jurisdic-
tioni, sive subordinate sive im-
mediaté subjectis, et Feudis Spi-
ritualibus nempe quo ad Inve-
stituram Earundem sibi competen-
ti et Præsentationibus ad Be-
neficia &. &.

In Pactis vero allegatis Ve-
lavien licet si non in Specie sed
in genere, satis Cautum legitur
pro Jurisditione memorata de
Tenore tali.

Exercitium Religionis Catholi-
cæ Romanæ, prout ante hoc Bel-
lum Sveticum juxta antiqua et
recentia Pacta, in Prussia Ducali
viguit aut vigere debuit conserva-
bitur aut restituetur. Pacta vero
anteriora velute inter Sigismun-
dum Regem et Arbertum Du-
cem Anno 1525 probant quod
Institutio ad Ecclesiastica Bene-
ficia ad Episcopum spectet et
quod Dux Episcopos debeat juva-
re ad corrigendos Ecclesiasticos

omnius

minus stricte viventes

Confirmatur hoc idem Instrumento Homagialis Juramenti Ducis Prussiæ per suos Plenipotentiarios in Anno 1711 Varsaviam misso in quo idem Dux non tantum præmissa cavet verum etiam introductionem Fidei Romano Catholicæ in Ecclesias assecurat. Et ut brevitatis causa omittantur alia Sigismundus Tertius Rex Anno 1616 die 10 July Varsaviæ declarat inter alia cavet in Tenore tali.

Salva item per omnia Jurisdictione Episcoporum Catholicæ Romanæ Ecclesiæ juxta præscriptum Pactorum.

Nec obstat allegata ex Pactis Velavien ratio Supremi Dominij et absolutæ necnon independentis Potestatis Regnanti Ducalis Prussiæ a Rege Regnoq Poloniæ adsciti cum in ditionibus et Regnis alijs in Europa sint ista duo optime compatibilia. Nempe Supremum Dominium Regnantis et Jurisdictio Diœcesana Loci Ordinarij uti ex praxi patet.

Neminus videntur contribuere verba Tractatus Velavien ad materiam hanc Tenoris hujus: Personæ Ecclesiasticæ ijs immunitatibus et

Foro

Fero gaudebunt in posterum quibus hactenus gavisæ sunt aut gaudere debuerunt juxta Pacta priora

Quod Templum vero Lisnoviense concernit Illud ad Evangelicos Lutheranos pertinere, et his a Prædy dicti Possessoribus qui tum temporis Romano Catholicæ Religioni addicti fuerunt contra expressum primordialis Privilegij tenorem absq prescitu Domini Territorialis inique ademptum

Postea autem a Sacra Regia Majestate Borussiæ optimo Iure restitutum esse in peculiari deductione Illustrissimo ac Excellentissimo Supremo Regni ~~Mareschalco~~ Cancellario ante aliquot Annos exhibita validissimis Argumentis probatum est ad quam itaq mihi liceat brevitatis Studio me referre

Quantum attinet Templi Lisnoviensis ademptionem sine Causæ Cognitione, quam Pacta Conventa per Commissarios utriusq Religionis insinuant hæc videtur uti sine legitimo ullo Processu facta ita deducitur violenta. Et cum omni Iure sit Cautum ut spoliatus ante omnia reinducatur Ita sentiendum de Parocho Loci ut ante excussionem Causæ tanqm legitime institutus et pacifica longaq gaudens Possessione reinducatur.

Quo facto dabuntur validissima Argumenta et rationes ex Pactis et de Iure resultantes pro Expulso Possessore et pro re Catholica — Possentq opponi multa e evidentia Libro Germanica Lingva Anno 1725 Typis mandato in hac Materia præcipue circa Erectionem violentamq in Anno 1624 Catholici Sacerdotis Inductionem et alia cum Pos~~sent~~set et Authentico deduci quod in Anno 1647 fuerit in Ecclesia Lisnovien Sacerdos Parochus Fedrzy tum quoq quoddam forte Decretum circa Annum 1609 vel 1612 posset produci et alia

Ultra

Ultra priora Gravamina acce
dit Novum Gravamen nempe
quod in Villa Przytek Urelli
Castrum Niburien, sub pœna
Quinquaginta Aureorum dico
50ta Aureorum Ecclesiam con-
structam inhibuit Parocho fini-
re ita ut sine omni tecto nulliq
usui stet aperta.

123
112

Relacya Actorum

przez Ichmciów PP Commissarzów do Konferencyi partykularney z Jego Mcią Panem Hoffmanem Ministrem Dworu Berlinskiego naznaczonych, iako to JO. Xiążęcia Jmci Biskupa Krakowskiego, JWo Jmci Pana Woiewody Ruskiego, WW Ichmci PP. Grabowskiego Chorążego Michałowskiego, y Suskiego Łowczego Łomzynskiego, w Warszawie in Anno 1731mo

D

E

F

Jak tylko Krol Jmć naznaczyć raczył, pomienionych Ichmciów do tey Konferencyi, tak zaraz Xiążę Jmć Biskup Krakowski, doniosł o tym przez Dworzanina swego, Jm Panu Ministrowi Dworu Berlinskiego, Ktory subsequenter przysłał Xiążęciu Jmu przez Sekretarza swego List, w nim Memoryał, ut habetur sub Litteris

A et B — Ale Xiążę Jmć in vim Responsu na ten List odpowiedział ustnie przez tegoż Sekretarza, ze wspołz z innemi Ichmciami Commissarzami naznaczony iest ad conferendum y ad Correspondendum, z Jmć Panem Ministrem, a zatym oczekiwać będzie

zausze praesentiam Jego u Sie
bie dla zupełnieyszego porozu
mienia się.

d. 23 February Ichm[ć] P.P. Commis
sarze ziachawszy się do Xiążęcia
Jmći Biskupa, y przeczytaw
szy pomieniony Memoryał per
modum Declarationis dany
posłali do JmPana Ministra
Pruskiego Sekretarza Konferen
cyi Swoich z Complementem
ut habetur sub litera — C. —
gdzie oraz adjungitur Respons
tegoż JmPana Rezydenta
sub Litera **D** — — — —

d. 25 Februarij JmP. Minister
Dworu Berlinskiego oddał
Xiążęciu Jmći Respons przy
obiecany ad gravamina Rei
publicae na przeszłorocznych
Konferencyach sobie podane, ut
habetur sub Litera **E**: cum
annexis tamże desiderijs et
gravaminibus, ex parte Dwo
ru Swego na ktore zaniesiony
iest Respons do dalszych przy
szłych Konferencyi.

d. 28 ejusd. Ichm[ć] P.P. Commis
sarze na List y Memoryał
wspomniony sub Literis [illegible]
od JmP. Ministra Dworu Ber
linskiego przysłany ułożyli Re
spons Swoy ut habetur sub Lite
ra **F**


d. 3tia Martij Ichm[ć] P.P. Com
missarze odesłali przez Sekre

tarza

Sekretarza pomieniony Respons
JKoMci Panu Ministrowi Dwo
ru Berlinskiego z Komplemen
tem powtornym ut Sequitur sub
Litera G na Ktory cali
dał Respons habetur tamze
sub Litera H

8va Marty Była na Zamku
Generalna Konferencya Ich
MMciow PPow Commissarzow JKo
K. Mci y Rzpltey, na ktorey po
uczynieniu Relacyi de Succesu
Konferencyi Partykularnych cum
Ministris Extraneis ut indigi
tatur sub Litera I deter
minowane były secundaria
Resultata pomienionych Mi
nistrow Cudzoziemskich. Oraz
Xiąze Imci pozegnał Congressu
Praesentem

10 Marty Sekretarz Konferencyi
ny z rozka
zu Xięcia Imci Prymasa oddał
odwiozł Ministrowi Dworu
Berlinskiego Ultimatum ut
habetur sub Litera K
oraz przytym oddał rozne Gra
vamina et desideria dawniey
sze y swiezsze, Ktore podczas
teraznieyszych Conferencyi Ich
MMciow PP Commissarzow od
roznych ad promovendum zale
cone były calo patent sub Litera
LL




Illustrissime Celsissime Rdissime Dnē Domine Patrone Colendissime.

Vt Deus, per Suam Gratiam, Illustrissimam Celsitudinem Vestram ad Episcopalem euexit Dignitatem; Tota Polonia grauissimos maximosq labores, non cessat imponere Illustrissimis humeris Celsitudinis Vestræ. Et ad præsens Supremum Onus Legationis Magnæ, ad Augustissimum Cæsarem Catolum imposuit. Inter tot grauissima Onera Prouincia Nostra Franciscana Polona, addit non postremam petitionem, Supplicando Illustrissimæ Celsitudini Vestræ, ut in Instrumentis ad Augustissimum Cæsarem, Suscipiat clementissime Onus, quatenus duo Conuentus Oppoliensis, et Bythomiensis in Sylesia Sicut ab antiquo in possessione Ministrorum Prouincialium Prouinciæ Poloniæ existebant, ita et nunc, in pacifica possessione eorumdem Ministrorum Prouincialium conseruentur. Quam Gratiam Deus &

Illustrissimæ Celsissimæ Dominationis Vræ.

Deuotissima

Prouincia Franciscana Polona.




114 kart.

